












# ANTHOLOGIA

## VETERUM LATINORUM

## EPIGRAMMATUM ET POEMATUM.

---

EDITIONEM BURMANNIANAM

DIGESSIT ET AUXIT

HENRICUS MEYERUS

TURICENSIS.


TOMUS I.

---

LIPSIAE,

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM 1835.

IN COMMISSIS APUD AD. FROHBERGER.



nthologia latina primam a Scaligero originem duxit. ›stea Pithoeus Catalecta auctiora edidit. At Burannus, cui Heinsii copiae praesto erant, Anthologm latinam perfecisse videtur, ita ut futurus editor n tam numerum epigrammatum augere (etsi hoc oque ei curae erit), quam summam eorum in merem redigere ordinem, et ea, quae antiquitatis eciem falso prae se ferunt, expellere debeat. Ac uti litterarum Romanarum historia nondum tam culta et elaborata est, ut de singulis scriptis ombus facile iudicari possit, quem habeant auctorem, ove sint composita seculo, ita maxime in hac re udicat Anthologia latina, in qua vetusta novis, lsa veris intermixta leguntur. Conabor igitur deonstrare, ex quibus partibus ea sit constructa, qui ctores epigrammatum, quibus temporibus vixerint, stremo quae vera vel supposita sint.

Anthologia latina tripartita est, quia partim e dicibus manu scriptis, partim ex ceteris litterarum omanarum auctoribus, partim ex inscriptionibus t conflata.

Quamvis multos Romanorum epigrammata scriisse sciamus, nullus tamen eorum praeter Martian et Ausonium aetatem tulit, nec Latinis epimmatariis idem contigit, quod Graecis, ut diverrum auctorum epigrammata in unum corpus collientur, unde Anthologiam graecam etiamnunc lcherrimis floribus abundare constat. Supersunt tum Catalecta Virgilii, Catalecta Priapeia, Catata Petronii: quae quidem haud contemnendam

*

Anthologiae latinae partem conficiunt. Tum Burmannus ex diversis codicibus Ovidii, Lucani, Claudiani, Senecae, Martialis, quibus epigrammatum farrago casu addita erat, multa collegit. Quorum alia vetusta atque pulcherrima, alia vero pessima. Unus denique codex omnium maxime commemoratione dignus est, qui plus trecenta poemata continet. Is a Salmasio Salmasianus appellatur, pluresque alii ex eodem fluxere, ut Divionensis, duo Thuanei, Gudianus, de quo a Lessingio in operibus T. XIII. p. 350 ample disputatum est. Horum epigrammatum multa pulchra, plurima vero mediocria sunt, nec secundum post Christum natum seculum excedere videntur, sed quinto vel inferioribus etiam seculis maximam partem sunt referenda. Ego cum viderem, ipsa haec epigrammata, quae ex codicibus illis, quos supra nominavi, venerunt, maxime corrupta esse, atque collationibus Burmanni diffiderem, adii virum optimum Julium Silligium, professorem Dresdensem, quem his copiis eximie instructum esse audiveram, ab eoque paulo post accepi

lectiones 4 codd. Parisinorum, 8236. 8206. 8232. 8205.
3 codd. Guelferbytanorum 703. 704. 705.
Aldinae 1517.
} in Priapeia

[redacted]

vitiis scateat, atque Burmannus omnes fere lectiones iam excerpserit.

Nec praetereundum est, J. C. Orellium V. C. duos mihi Codices Turicenses tradidisse, qui inter cetera poemata epigrammata aliquot Anthologiae nostrae continebant. His omnibus rebus instructus in constituenda lectione hic illic melius versari poteram, praesertim cum *Addenda* amborum voluminum Burmanni, quae a Wernsdorfio in poetis latinis minoribus (quos, ut obiter moneam, non ex editione Helmstadiensi, sed Parisiensi, quae a. 1824 octo voluminibus prodiit, citare soleo) neglecta mirabar, locupletissimum novae editionis fundum esse intelligerem. Atque hanc Anthologiae partem iis epigrammatis auxi, quae ex codice Gothano Duebnerus in Jahnii Annalibus 1828. VIII. 3. pag. 310. et Ang. Maius in Tomo III. Classicorum Auctorum e Vaticanis codd. editorum 1831. p. 359 in lucem emisit.

Altera Anthologiae pars ex auctoribus litterarum Romanarum excerpta est. Multa enim epigrammata ab historicis, oratoribus, epistolographis, grammaticis, rhetoribus passim afferuntur. Haec omnia bona et acumine plena, et elogia aut ludibria consulum, imperatorum, denique omnium, qui in republica bona aut mala sunt usi fama, continent. Versus ludicri, quorum magnam partem refert Suetonius, praestantissimi sunt atque hoc in poeseos genere Romanos excelluisse indicant. Cum igitur viderem, alia etiam ab auctoribus epigrammata citari, quae a Burmanno praetermittebantur, haec quoque recipienda esse duxi.

Tertia Anthologiae pars ex inscriptionibus nata est. Constat enim, plus quadringenta carmina sepulcralia ex lapidibus descripsisse editores. Quorum alia humanitatis plena, gratia et decore sunt insignia, quibusque nihil ad absolutionem perfectionemque deesse iudico, qualia sunt ep. 1274. 1276. 1281. 1282. 1269. 1243. 1297. 1302. 1311. 1246. 1315. 1331. 1249. 1344. 1349. 1359. 1376. 1402. 1407. 1414. 1418. 1527: maiorem vero eorum partem ne me-

diocria quidem esse fatcor. Id carminum genu: ficillimum esse puto nec comparandum cum c( poetis Romanorum. Inscriptiones enim novum terarum Romanarum genus faciunt, quod a dic bonorum auctorum multum distat. Quamquam gari non potest, inscriptiones publicas privatis r esse praestantiores. Harum enim sermo plerui rudis est et imperitorum hominum similis, o impolita, et carmina, quae in iis leguntur, Ho nis aut Virgilianis multo sunt inferiora. Ne quis hoc iudicium meum miretur, meminerit, pa tantum inscriptiones metricas superesse, qua priora reipublicae tempora pertineant, sed maxi earum partem ad infima rerum Romanarum s reiiciendam esse. Quo autem singulae sint inscu seculo, in paucis accurate definiri potest, nec a quidquam explorare possumus, quam paucis exce quae tempora Scipionum atque Mummii Achaici tingunt, inde a Tiberii aetate usque ad ultima medii tempora collocandas esse. Atque non n a doctis hominibus, sed a quovis malo poeta se cralia fingebantur carmina, et dolendum est, illc pleraque iam dudum interiisse, magnum autem lorum carminum numerum aetatem tulisse. A adeo difficultas, quam iis inesse initio dixi, e: plerumque oritur, quod auctores, ut rustici, aperte nec clare nec breviter dicere poterant. \ sibus autem saepe ars ac venustas deest, imo v

[redacted]

tar. Omisi enim pessimas, in quibus sententia ab-surda, verba barbara, numeri innumeri erant, quas omnino haud ornamentum, verum dedecus latinae poeseos esse apparebat. Item eas exclusi, in quibus non laetam veterum superstitionem, sed Christianae religionis severitatem vigere sentiebam. Nec volun-tas tamen mihi defuit, Anthologiae sacrae appendi-cem adiiciendi, verum, ne nimius foret liber, ve-rebar. Sed sic quoque aliquot Christiana poemata insunt, quae etsi invitus ceteris immiscuit Burmannus.

Quicumque de Anthologia latina recte iudicare solet, nec bona totam nec mala habere carmina sen-tiet, sed potius bonis mala intermixta esse, imo plurima ei inesse, quae litterarum Romanarum de-ciae vere appellari possint, nec pauca continere, quibus in ceteris poetis nihil fere simile inveniatur, qualia sunt fragmenta Varronis, Laberii, Publii Syri. Deinde eximia inter Virgilii Catalecta extare carmina, ut illud *Sabinus ille quem videtis hospites* et *Ite hinc, inanes, ite, rhetorum ampullae* et plura alia, nemo facile ibit infitias. Atque cum dico, suspicienda esse carmina Priapeia, nemo hoc mirabitur iudicium, qui venustatem artemque eorum intellexerit, etsi ego quoque plerumque dolebam, auctores tantam in sor-didissimo argumento expoliendo consumsisse operam. Poemata porro Petronii eo pluris aestimanda esse duco, quia id poeseos genus ab antiqua Romanorum poesi prorsus abhorret, eique, quod nostris tempo-ribus invaluit, simillimum est. Post Petronium nullus fere poeta excelluit, sed nihilominus ii, qui literas Romanorum in ultimis quoque temporibus perscrutari amant, seriorum aliquot haud contem-nendos esse putabunt. Nam Solinus, Pentadius, Maximus, Ablavius legi merentur. Ac Vandalici poe-tae, ut Luxorius, Flavius Felix, Florentinus, pro-pter res et mores, qui in eorum poematis descri-buntur, cognitione maxime sunt digni. Omnino Anthologia haec remotissima secula coniungit, quippe tam antiquissimorum poetarum quam medii aevi car-mina hic leguntur. Nam epigrammata in Scipiones

Saturnia, quae primo operi inserui, vetustissimum Romanarum esse constat litterarum monumentum, quibus Ennii, Naevii, Pacuvii, Plauti epigrammata proxime accedunt. Novissima autem poemata, quae in Anthologia leguntur, in seculum duodecimum referenda sunt, ita ut recentiorum Italorum carminibus similiora sint quam antiquo poeseos generi. Inde apparet, totum Anthologia poeseos latinae ambitum contineri. Deinde argumentum epigrammatum multiplex ac varium esse, sponte intelligitur, nec homines ipsos magis inter se differre puto. Ac facile erat, haec poemata in certa dividere capita, praesertim cum id in Anthologia graeca sit factum. Insunt enim pariter erotica, anathematica, epitymbia, epideictica, protreptica, sympotica, scoptica, aenigmata, oracula. Burmannus autem alia usus est partitione, totumque Anthologiae corpus in quatuor classes distribuit, quarum prima de diis, secunda de hominibus, tertia de rebus est, et postrema sepulcralia complectitur. Quamvis vero haec divisio ratione careat, in ea tamen re Burmanni consilium immutare non placuit, cum neque hac neque illa via multum proficiatur. Unam tantum epideicticorum speciem, quae ad statuas picturasve pertinent, hic enumerare volo, quia cognitione eorum, qui hanc Archaeologiae partem tractare solent, digna sunt, et adhuc prorsus neglecta iacent. Ep. 324. 325. 330. 336. 345. 346. 362. 363. 374. 378. 381. 539. 562. 571. 586. 587. 589. 611. 621. 627. 630. 631. 665

de hac re nuper in Jahnii Annalibus (Neue Jahrbücher 1833. II. Supplem. II. Heft. pag. 177—195.) disputavi, iam nunc nonnihil emendari deberent. Cum vero Burmannus Anthologiam non ita digessisset, ut antiquissima ceteris praecederent poemata, et reliqua certo annorum ordine recenserentur, non dubitavi, quin facturus operae pretium essem, si ea, quae quando sint conscripta constat, secundum seculorum seriem collocarem. Igitur in iis, quorum auctores explorare contigit, hoc periculum feci. In eo enim maximum Anthologiae pretium positum esse arbitratus sum, quod totam poeseos latinae historiam inde ab ortu huius artis ad interitum usque percurrere liceret. Deprehendes enim dictionem antiquam numerorumque ruditatem in epigrammatis Saturniis aliisque, quae ab Ennii temporibus proxime absunt; tum elegantia carminum M. Terentii Varronis, Laberii, Publii Syri, Iulii Caesaris, Matii, Virgilii, P. Terentii Varronis Atacini, Domitii Marsi, Bibaculi, Helvii Cinnae, Alphii Aviti, Septimii Sereni delectaberis, at mutatum poeseos genus in Petronio et Appuleio agnosces, et in reliquis defectum ingenii interitumque artis dolebis.

1. *Naevius.* ep. 12. editionis meae. In Anthologia Burmanni II. 219. Hic ab anno urbis 500 ad 550 vixisse videtur. Optimum est epigramma omnium, quae Saturnio numero composita sunt: cetera enim, ut ex epitaphiis Scipionum apparet, rudi stilo et dura oratione insignia.
2. *Ennius.* ep. 15—22. Anth. I. 1. II. 39. 42. 44. 45. 216. 217. III. 155. Ennius natus a. u. 515, diem obiit a. 585. Haec carmina partim metro Saturnio (ep. 22. Anth. II. 42., ut ex versu secundo colligendum puto), partim heroico, partim elegiaco constant. Tria tantum vere epigrammata appellari possunt, ceteri versus sunt maiorum carminum fragmenta. Hedypathetica vel Hedyphagetica Ennii alio nomine a Leutschio Hedypathia appellantur. (Zeitschrift für die Alterthumswiss. 1834. Februar. N. 21. pag. 171.)

3. *Plautus.* ep. 23. Anth. II. 214. Plautus mortuus est a. u. 570. Assentior facile Gellio dicenti: *Dubitassemus an Plauti foret* (hoc epigramma), *nisi a M. Varrone positum fuisset in libro de poetis primo.*
4. *Pacuvius.* ep. 24. Anth. II. 218. Natus est anno circiter 533 et diem obiit nonaginta annos natus. Carmen sepulcrale versu senario factum, quod epitaphiorum Scipionum ruditatem refert.
5. *Porcius Licinius.* ep. 25. 26. Anth. II. 215. III. 246. Is inter aetatem Valerii Aeditui atque Q. Lutatii Catuli vixisse videtur. (conf. Gellius XIX. 9.) Ep. 25, quod trochaiois tetrametris catalecticis constat, initium est *Artis poeticae Porcii*, (Gellius XVII. 21.) cuius non hoc solum fragmentum reperitur, sed alia maiora a Suetonio afferuntur in vita Terentii, quaeque itidem in Anthologiam recipienda erant. Alterum elegiacum poeticum spiritum et sermonem cultissimum indicat.
6. *Valerius Aedituus.* ep. 27. 28. Anth. III. 242. 243. Carmina elegiaca, in quibus studium et imitatio graecorum poetarum perspicitur. Porcius Licinius, Valerius Aedituus et Quintus Catulus iam tunc Graecam Musam Latine loqui coegerunt.
7. *Lucilius.* ep. 29. 30. 31. Anth. III. 108. 136. IV.

vixisse aut certe aequalem eius fuisse. Diverso deinde modo idem poeta appellatur in Mythographo tertio, quem primum A. Maius ac postea Bode edidit: illic enim pag. 152 legimus: *Dicitur iuxta illos versus Valerii Serrani Iuppiter* etc. Varro eundem poetam iterum in libro de lingua latina septimo pag. 318 ed. Speng. citat: *Apud Valerium Soranum Vetus adagio est, P. Scipio. Quod verbum usque eo evanuit, ut Graecum pro eo positum magis sit apertum; nam idem, quod παροιμίαν vocant Graeci.* Quo ex loco fit verisimile, Valerium Soranum non eadem aetate, qua Varronem, vixisse, sed multo ante eum, et Scipionis quidem Africani temporibus. Sed Cicero hanc vagam de aetate Valerii disputationem ad verum reducit, indicans, eum temporibus Crassi et Antonii vixisse. Hic locus in libro de oratore tertio cap. XI. §. 43. extat. Q. Valerius non Romae erat natus, sed Sorae, Latinorum oppido, unde Sorani cognomentum habuit, et filii eius vel nepotes a Cicerone in Bruto c. 46 laudantur. Ac varios scripsisse eum libros apparet. Fragmentum enim illud, quod apud Varronem de lingua latina legitur, ad alium pertinet, quam versus de Iove. Hos enim ex libris, quos epoptidon inscripsit, referente Plinio in praefatione Historiae naturalis, sumtos esse credo. Inscriptio enim horum librorum indicat, arcana quaedam sive mysteria in iis tractari, unde fabula de repentina Valerii morte orta esse videtur, cuius rei mentionem fecerunt Plinius H. N. III. 5. sect. 9. §. 65. et Plutarchus in Quaest. Romanis 61. Quicumque id consideraverit, Valerium Soranum non confundet cum altero Serrano poeta, qui ab Iuvenali una cum Lucano et Saleio aequalibus citatur in satira 7, 80, et a Quintiliano lib. X. 1, 89, si Sarpii in Quaestt. philol. p. 11 et Langii in Vindiciis Trag. Rom. p. 92 probabilis est coniectura. Is igitur Serranus temporibus Neronis vixit, ac miror, Fridericum Osannum (F. O. in Hall.

Litt. Zeit. Egbl. Februar 1854. p. 92.) iudicasse, hunc non diversum esse ab eo, qui ab Augustino commemoratur. Baehrius in libro suo alterum tantum, Iuvenalis aequalem, tetigit pag. 301, Bernhardyus neutrum.

9. *Manilius.* ep. 33. A. III. 245. Extat apud Varronem, et in margine edit. Scalig. legitur *Manlius.* Si certum sit, Manilium auctorem carminis astronomici Augusti temporibus vixisse, a verisimilitudine non abhorrebit dicere, hoc epigramma eidem Manilio tribui posse, si quidem constat, Varronem usque ad annum 727 vitam prorogasse. Ut enim Matii carmina, qui itidem Augusto demum imperante obiit, a Varrone laudantur, ut infra dicemus, sic Manilius ei innotescere poterat. At alii fortasse coniicere malent, Manilii nomen in alterum Matii commutandum esse, eadem fere ratione, qua in Prisciano Krehlii T. I. p. 329 *Matilius* pro *Matio* perverse legitur. — Senarii lepidissimi, quos C. O. Müllerus in Varrone suo p. 130 ita exhibet: *Cascum duxisse cascam non mirabile est,*
*Quoniam Caron eas conficiebat nuptias.*

10. *M. Terentius Varro.* ep. 34—51. A. 1. 50. 54. 59. 78. II. 18. 207. 211. III. 9. 71. 72. 83. 100. 107. 147. 148. V. 50. Is natus a. u. 638 mortuus est a. 727, octogesimum nonum vitae annum agens. Et extrema etiam actate viguit senex: Plinius enim auctore st in H. N. XVIII. 5, octoge- [redacted]

11. *Q. Lutatius Catulus.* ep. 52. 53. A. III. 240. 241. Idem orator praestantissimus et consul a. u. 652. Carmina elegiaca, Graecorum poetarum artem imitantia.

12. *Decimus Laberius.* ep. 54. 55. 56. A. II. 212. III. 101. 102. Natus a. u. 647 mortuus est a. 710. Carmina iambica, quae splendorem et virtutes linguae Romanae summopere ostendunt.

13. *Publius Syrus.* ep. 57. A. III. 132. D. Laberii aequalis. Plinius auctor est in H. N. XXXV, 58, Publium, mimicae scenae conditorem, consobrinum habuisse Manilium Antiochum, astrologiae conditorem. Fragmentum mimorum pulcherrimum, versibus iambicis compositum.

14. *Laevius.* ep. 58. Hoc fragmentum Erotopaegnion, quod iambicis dimetris constat, ex Appuleio T. II. p. 461 recepi. De hoc poeta Weichertius scripsit docuitque, eum fuisse aequalem Ciceronis, Varronis Atacini, Cinnae, Calvi.

15. *Pomponius.* ep. 59. A. III. 244. A Prisciano Pomponius auctor epigrammatis esse fertur, a Varrone vero Papinius. Quod si Pomponius verum est nomen, L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor, qui circa a. u. 660 vixit, intelligendus. C. O. Müllerus hos versus ita edidit p. 131. *Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica,*
*fili Potoni, sesquisenex puerum.*
*Dice illam pusam; sic fiet mutua muli;*
*nam vere pusus tu, tua amica senex.*

16. *M. Tullius Cicero.* ep. 60—65. A. I. 106. II. 1. 38. 128. 222. III. 56. Natus a. u. 640 obiit a. 711. Tria epigrammata ex graeco sunt versa; illud in Terentium Afrum eo insigne, quod alterum opposuit Iulius Caesar. Id autem, quod in Caninium Rebilum iambicis versibus scriptum fertur, in nullo codice invenitur, sed a Scaligero factum est. Sero vidi, in Anth. V. 40 (ep. 1028) carmen de signis coelestibus extare nullo auctore nominato, quod totum ex Arateis Ciceronis petitum est, ut suo loco adnotabo. Omnia haec epi-

grammata colore poetico destituta. In poesi enim antiqui sermonis ruditatem Cicero reddit, quamvis in orationibus novum dicendi genus invenisset.

17. *Q. Cicero.* ep. 66. A. V. 41. Carmen astronomicum, in quo poetica certe facultate Marcum fratrem non superavit. Multos vero Romanorum astronomica confecisse poemata constat, quales sunt Q. et M. Cicerones, Germanicus Caesar, Gaetulicus, Titus imperator. Epigramma 245, quod Pentadii est, a quibusdam Q. Ciceroni inscribebatur.

18. *Tullius Laurea.* ep. 67. A. II. 156. Libertus Ciceronis. Eidem tria epigrammata in Anthologia graeca tribuuntur.

19. *C. Iulius Caesar.* 68. 69. 70. A. II. 221. III. 10. IV. 92. Natus a. u. 654 occiditur a. 710. Unum tantum, quod de Terentio Afro adversus Ciceronem scripsit, indubitatum Caesaris est. Ep. 69 ab aliis Germanico Caesari, ab Hommeyo vero parum verisimili coniectura Marbodo inscribitur. Ep. 70 suspectum est. Divi Iulii carmina citat Plinius in H. N. XIX. 41.

20. *Q. Valerius Catullus.* Alii Caium vocant, non Quintum, quos reprehendit Paldamus in libro Die Römische Erotik p. 24. Catullus natus est a. u. 667 et diem obiit a. 707 vel 708, si eidem Paldamo p. 26 credere licet. Huic vulgo sine auctoritate codicum Priapeia 85 et 86 vel ep. 1698 et 1699 tribuuntur, sed Priapeium 87 vel ep. 1700 Catulli [redacted]

Virgilio inscribuntur, easque sub Virgilii nomine edidi, non negans tamen Virgilii non esse, etsi de auctore amplius deliberandum censeo. Tum Wernsdorfius carmen rustico numero compositum, quod incipit *Lydia, bella puella,* et in A. III. 219 (ep. 989.) legitur, Valerio Catoni mire tribuebat.

24. *C. Helvius Cinna.* ep. 76. A. II. 251. Calvi aequalis. Extat de hoc viro commentatio Weichertii. Hos versus epigramma non esse, verum maioris carminis fragmentum suspicatus est Leutschius. (Zeitschr. f. d. Alt. Wiss. v. Zimmermann 1834. n. 19. p. 158.)

25. *P. Terentius Varro Atacinus.* ep. 77. 78. A. II. 37. V. 48. 49. Is natus a. u. 672 diem obiit anno circiter 717, ut in egregia commentatione colligit Franciscus Wüllnerus. Chorographiae Varronis fragmenta pluribus versibus auxi et accuratius edidi.

26. *Pupius.* ep. 79. A. II. 213. Is non multum ante Horatium vixit, vel potius eius aequalis est. Langius in Vindiciis trag. Rom. p. 26 adnotavit: non bene tentat secundum versum *in me vivo lacrimavit satis* Obbarius in libro Des Horatius erster Brief des ersten Buches. Rudolphop. 1822. p. 62. scr. *iam vivo.*

27. *Caesar Octavianus Augustus.* ep. 80. A. III. 247. Natus a. u. 691 obiit a. 767. Valerius Martialis Augusti epigramma servavit, quod lascivia et obscenitate Catullianis aut Priapeiis simillimum est. Alterum carmen, ep. 858. A. II. 184 in codicibus Augusto tribuitur, sed inepte. Ii enim versus a scholastico quodam poeta sub nomine Augusti de Aeneide Virgilii compositi sunt, quos imperitia hominum ipsi Augusto postea retulit. Ac simile huiusce rei exemplum in Ovidio et Cornelio Gallo infra videbimus.

28. *C. Cilnius Maecenas.* ep. 81—84. A. I. 53. II. 224. 225. III. 149. Hic decessit a. u. 746. Carmina vel numero galliambico, partim hendecasyllabis, partim versibus Priapeiis constant, maxime-

que sunt tersa ac mollia, et Hadriani carminibus simillima.

29. *R. Virgilius Maro.* ep. 85—111. A. I. 63. II. 65. 68. 69. 242. 243. III. 142. 248. 249. 250. 268. 270. II. 198. III. 143. II. 123. 124. 130. 244. 245. 246. 122. 119. 120. V. 141. Dirae extant A. Tom. II. p. 649. Natus a. u. 684 diem obiit a. 735. Haec carmina vel numero heroico vel elegiaco vel variis iamborum generibus constant, iisque multa falsa intermixta leguntur, quae tamen facile agnoscas, cum ea, quae sunt Virgilii, nativo quodam decore sint praedita. Ea enim, quae ab ipso Virgilio originem habere videntur, haec sunt: Ep. 85 in Venerem, carmen magna arte insigne; ep. 86 in Octavium historicum; ep. 89 in C. Annium Cimbrum, quod iucundissimum est, at obscuritate laborat; ep. 90 de mutata studiorum ratione; ep. 92 ad Varium; ep. 93 ad villam Syronis; ep. 94 ad Tuccam; ep. 100 cui sit inscribendum, ignoramus. Alii alium coniecere, sed frustra. Amicus quidam in Iugurtham dictum esse monuit. Ep. 101 ad Antonium Musam; ep. 102 in Sabinum sive Ventidium Bassum, qui ex mulione factus est consul. Parodia Catulliani carminis quarti, omnibus numeris absoluta, et eo magis conspicua, quod pauca tantum huius generis carmina in Horatio, in Priapeiis, in Petronio exstant. Ep. 103 in Noctuinum; ep. 104 in eundem; ep. 105 in Lu-

[redacted]

lum poetam. Andhelmus quoque grammaticus, quem A. Maius in tomo quinto classicorum e codd. Vat. erutorum 1833 edidit, hunc errorem commisit, quod Virgilio tribuit. Dicit enim p. 576: *Vergilius in tetrasticis theatralibus Sic vos non vobis mellificatis apes.* Ep. 91 in calicem Arretinum; ep. 95 in formosum puerum. Idem in aliis codd. Ausonio vel Caesari tribuitur. Ep. 96 in Nisum libertum; ep. 97 in Ballistam. Burmannus id omiserat: sed cum cetera epigrammata, quae apud Donatum leguntur, recepisset, id quoque assumendum esse duxi. Ep. 98 et 99; ep. 106 elegia ad M. Valerium Messalam, quae rhetoris alicuius esse videtur; ep. 109 elegia in obitum Maecenatis, quam Pedoni Albinovano tribuit Scaliger: at Pedo si huius carminis auctor esset, non magnam inter poetas elegiacos meritus esset famam. Atque in eo carmine Pedonis, quod infra dabimus, versus sunt multo meliores, oratio melius structa. Ep. 110 de Maecenate moribundo. Poetae scholastici esse puto. Ep. 111. De viro bono. Carmen aevi medii. Praeterea haud maiore iure in aliquot codicibus Virgilio inscribitur Bedae cuculus, ep. 591; et idyllium de rosa, quod A. III. 292. ep. 1023. legitur; porro carmen de littera Y Pythagoricum, ep. 1076. A. V. 140; tum epitaphium Lotharii imperatoris, ep. 828. in ms. Colbertino 6630. Virgilio inscribitur, nec aliter epigramma Vitalis de libidine et vino, ep. 535. in ms. Stuttgardiano.

30. *C. Cassius Parmensis.* ep. 112. A. I. 135. Sed Orpheus Cassii Parmensis antiquitatis speciem mentitur et Antonius Thylesius auctor eius est. Weichertii de vita Cassii Parmensis commentatio prima prodiit a. 1832. Utinam vir doctissimus, qui antiquarum litterarum secreta atque recondita multis adhuc partibus aperuit et illustravit, alteram contexere commentationem ne cunctetur.

31. *Gaetulicus.* ep. 113. Fragmentum huius poetae,

ut in memoriam reduceretur, recepi. Extant eiusdem viri in Anthologia graeca epigrammata.

32. *Horatius.* ep. 114. 115. Adieci duas odas, quae ferebantur esse Horatii, sed insipidum auctorem indicant.

33. *Aemilius Macer.* ep. 116. Huius quoque poetae fragmentum arcessivi.

34. *Caesar Germanicus.* ep. 117. A. II. 103. Decessit a. u. 772. Idem epigramma graecum Germanico in Anthologia Palatina lib. IX. p. 158 tribuitur; nec facile decernas, utrum graecum e latino sermone, an latinum e graeco translatum sit, cum utrumque probabile esse possit. Multa enim carmina in Anthologia graeca leguntur, quae ex poetis latinis conversa sunt. Alii vero utrumque ad Hadrianum Caesarem retulere, alii latinum ab Italo quodum fictum putant. Ep. 69 ab aliis Iulio Caesari, ab Hommeyo Marbodo inscribitur. Alterum carmen Germanici, quod Anth. V. 51 legitur, cum ab Orellio una cum ceteris Arateorum reliquiis optime sit editum, omisi. Germanicum multa reliquisse carmina, veteres tradiderunt. Quorum unum Plinius quoque in H. N. VIII. 42. commemoravit.

35. *Asinius Gallus.* ep. 118. A. II. 241. Is Asinii Pollionis oratoris filius a. u. 746 consul fuit. Conf. Falsteri Memoriae p. 22. In Anthologia graeca duo- [redacted]

8. *Matius*. ep. 120. A. III. 189. Nemo adhuc ante Leutschium Matii vitam et scripta exploravit. Is enim demonstrat (Zeitschr. f. d. Alterthwiss. v. Zimmermann 1834. n. 20. p. 165) Matio praenomen Caii fuisse, nec plures Matios scriptores extitisse, sed unum eundemque esse, qui a Varrone de lingua latina p. 95. 96. 161 ed. Mülleri, a Cicerone in epistolis mutuis, a Plinio H. nat. XII. c. 2. §. 6, a Quintiliano III. 1, 18 et a Columella XII. 4, affertur. Atque eodem auctore natus est anno circiter 670, et ultra annum 730 vitam prorogavit. Mimiamborum fragmenta pulcherrima sunt et conferri merentur cum carminibus D. Laberii, M. Terentii Varronis, Publii Syri, qui omnes mile p oeseos habent genus.

9. *Ovidius Naso*. Is natus a. u. 711 obiit a. 770. Unum carmen ipsius Ovidii est, Priapeium tertium vel ep. 1618; reliqua, quae in codicibus ei inscribuntur, nemo non insanus ei tribuere potest. Ep. 833 vel A. II. 172 poetam Christianum potius quam Ovidium refert. A. II. 188. 189. 190. 191. 192. 193 sive ep. 859. 836. 532. 860. 862. 863, quae cuncta Bucolicorum, Georgicorum, Aeneidos Virgilii continent argumenta, in codicibus quidem plerumque Ovidio vindicantur, quibus adstipulabatur Goldastus in Ovidii Nasonis eroticis et amatoriis opusculis Francofurti 1610. p. 11. 59., verum a scholasticis poetis profecta sunt. Cur autem Ovidio inscriberentur, ex eo certe, quod A. II. 192. (ep. 862.) legitur, intelligi potest: ibi enim Ovidius loquens inducitur, unde carmen nomine Ovidii inscribendum erat, at imperitior aetas ipsi Ovidio tribuit. Praeterea in aliquot codicibus ep. 391, Bedae cuculus, et ep. 1026. A. V, 14 eidem tribuitur.

10. *Cornelius Gallus*. Is natus a. u. 688 semet ipse interfecit a. 728. Nihil omnino est, quod huic poetae merito tribuatur. Illud enim, quod A. II. 176. ep. 869 de morte Virgilii legitur, a poeta scholastico sub nomine Corn. Galli fingebatur, qua

re seriores decepti ab ipso Gallo traditum existimavere. Deinde ep. 1565. A. III. 172 de duabus sororibus meretriculis ex Illyrico Gentia et Chloe, quae Romana castra cum matre lena sequebantur, et ep. 1003. A. III. 238 in imaginem puellae, et ep. 989. A. III. 219 *Lydia bella puella* inter Galli fragmenta in Scaligeri opusculis postumis pag. 541, a Pithoeo pag. 422 et Wernsdorfio Poet. lat. T. II. p. 187 excusa sunt. Verum iam Scaliger epigramma, quod primo dixi loco, vetustum non esse docuit, et legentes facile sentiunt, antiquum colorem non habere; alterum imaginem puellae antiquum duco, sed auctor ignotus est; tertium aevo medio originem traxisse, demonstravit Naekius.

41. *Pedo Albinovanus.* ep. 121. A. II. 121. Ovidii aequalis. Is aeque ac Cornelius Severus, qui mox sequitur, Lucanum superasse non videtur. Eidem duae elegiae de Maecenate, quae in codicibus Virgilio inscribuntur, ep. 109. 110. a Scaligero tribuebantur: sed nemo ei hodie facile assentietur.

42. *Domitius Marsus.* ep. 122. 123. A. II. 226. 247. Aequalis Virgilii Horatiique, cuius vitam descripsit Weichertius. Epitaphium Tibulli non pro epigrammate, sed pro fragmento elegiarum Marsi habendum esse censet Scaliger.

45. *Lucilius.* ep. 126. 127. A. III. 130. Is Senecae aequalis. Conf. Wernsdorfii Poet. lat. T. III. p. 18. Alter Lucilius, qui itidem sub Nerone vixit, duos libros epigrammatum graecorum scripserat, ut ex Anthologia graeca constat. Conf. Iacobsii Catal. Poetarum. Ep. 127 iambicum ex epistola Senecae octava petivi.

46. *L. Annaeus Seneca.* ep. 128—139. A. III. 11. 12. 13. 95. 157. 118. 151. 152. II. 249. III. 153. 154. 155. Hic natus a. u. 756 occiditur a. 818. Carmina elegiaca, iambica, hendecasyllabi, quae cuncta multo minorem venustatem et ingenium habent quam reliqua eius scripta. Ep. 132 Burmannus non Senecae, sed Ciceronis esse credidit, quem in adnotatione reprehendi errorem. Sequens ep. 133 deterius est quam ut Senecae tribui possit. Exemi e carminibus, quae vulgo ei inscribuntur, ep. 838. A. II. 228, cum id ab alio in Senecam dictum videatur. Epigrammata de exilio Senecae testantur, hunc philosophum non tranquilliore animo id infortunium tulisse quam Ciceronem atque Ovidium; erat enim, ut ait Plinius XIV. 5., minime utique mirator inanium.

47. *Lucanus.* ep. 839. A. II. 229. Natus a. u. 792 interfectus est u. 818. Non putaram, id ipsius Lucani esse, sed de Lucano a poeta aliquo dictum, antequam viderem, ab Andhelmo grammatico seculi septimi, cuius liber ab A. Maio est editus, ipsi vindicari pag. 529.

48. *Volcatius Sedigitus.* ep. 140. A. II. 223. Plinius auctor est in H. N. XI. 43., Volcatium Sedigitum fuisse illustrem in Poetica. Is poema scripsit de poetis, didascalici generis. Dolendum est, pleraque huiusmodi scripta, quae occasionem darent, accurate et plene de litteris Romanis iudicandi, periisse. Supra Porcii Licinii Artem poeticam tetigimus, quae in simili argumento versata est. Fragmenta Artis poeticae Volcatii tum a Gellio, tum a Suetonio in vita Terentii afferuntur.

49. *Nero.* ep. 141. A. III. 8. Is natus a. u. 790 ad

mortem adigitur a. 821. Si totum carmen Neronis tam pulcros versus habuit, Nero profecto melior poeta quam imperator erat. Alterum Neronis carmen Plinius citat in H. N. XXXVII. 12. Constat autem, cunctos pene imperatores Romanorum versus fecisse, nec pauci inter auctores Anthologiae citantur, ut Augustus, Traianus, Hadrianus, Gallienus.

50. *T. Petronius Afranius Arbiter.* ep. 142—189. A. III. 61. 62. 63. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 54. 55. 126. 127. 128. 129. 134. 137. 138. 139. 140. 141. 158. 225. 226. 254. 255. 257. 256. VI. 90. 91. 93. I. 51. III. 252. 7. 25. 197. 125. 130. 131. 133. 224. 253. I. 90. 99. II. 12. 261. 13. IV. 344. Quando Petronius vixerit, multum dubitatur. Alii ad Neronis aetatem eum retulere, verum sententia Niebuhrii (kleine Schriften p. 337. coll. Bernhardy Röm. Litt. p. 331.), qui Petronium tertio demum seculo Alexandro Severo regnante floruisse putat, eo potior esse videtur, quod eius liber non sermone tantum, sed toto poeseos genere a ceteris, qui usque ad Neronis aevum vixerunt, poetis distat. Sed priusquam de Petronio deque carminibus eius diligentissime et seorsum tractabitur, haec non liquebit quaestio. — Carmina sunt partim heroica, alia elegiaca, alia iambica, alia hendecasyllabi. Hic auctor prae omnibus poetis, qui post Augusti auream aetatem [redacted]

180. 181. Potest adiici ep. 983., quod A. III. 213 legitur et Priapeium 81 vel ep. 1694. Sunt alia quaedam, in quibus dubito an Petronii sint: ep. 142. 144. 149. 182. Reliqua vero ei non tribuerim: ep. 184. 185. 186. 187. 188. 143. 176. 183. 189. Quorum quinque epigrammata priora Petronius Antigenis Pisaurensis sibi vindicat. Ep. 176 Luxorii esse veri est simile. Ep. 189 epitaphium Petronii cuiusdam Antigenidis est. Excidit vero e schedis meis epigramma, quod A. I. 44 legitur, quodque in nova editione ep. 1615 a. est.

1. *Turnus*. ep. 190. A. VI. 94. Wernsdorfius in Poetis latinis T. II. p. 50., non codicis auctoritate, sed coniectura fretus, colligit hanc Turno tribuendam esse satiram, qui temporibus Vespasiani, Titi, Domitiani vixit.

2. *A. Septimius Serenus*. ep. 191. 192. A. I. 27. III. 57. Hunc ad Vespasiani aetatem retulit Wernsdorfius in Poetis lat. T. I. p. 606. Sed ea res non minus incerta est quam aetas Terentiani Mauri atque Petronii. Versus choriambici arte praestantes.

3. *Rufus Virginius*. ep. 193. A. II. 55. Hic vir alias non ut poeta clarus, sed in bellis, quae Nerone atque Galba imperatoribus gessit, magnam sibi comparavit gloriam.


4. *C. Plinius Caecilius Secundus*. ep. 194. 195. 196. A. II. 55. 253. 266. Is natus a. u. 815 anno circiter 866 diem obiit. Hi versus nec arte nec ingenio commendabiles.

5. *Sentius Augurinus*. ep. 197. A. II. 254. Plinii aequalis. In his hendecasyllabis Augurinus Plinium tamquam vatem summum veneratur: at si Plinium non superavit, non magnam inter poetas famam acceperit.

6. *Sulpicia*. ep. 198. A. III. 251. Sulpicia Domitiani temporibus vixit. Conf. Wernsdorf. Poet. T. II. p. 52. Paldamus D. Röm. Erotik. p. 81. In scenam Anthologiae latinae duae mulieres prodeunt Sulpicia atque Eucheria, de qua infra dicetur.

57. *M. Valerius Martialis.* ep. 199—204. A. II. III. 16. 17. 18. IV. 245. Novum epigramma Lessingii Operibus T. I. p. 221. adieci. Nε a. u. 796 decessit anno circiter 854. Conf. Pl epist. III. 21. Masson vita Plinii p. 112. Incert est, an ep. 987. A. III. 217, quod in veteri l xico sub nomine M. Val. Martialis affertur, hı sit poetae. Martiali enim non semel a scholia epigrammata tribuuntur, quae aliorum sunt, cı rei in ep. 71 habuimus exemplum. Ibi enim C versus a scholiasta Lucani Martiali inscribun Contra in ms. Thuaneo Virgilio tribuitur, q in Martiale lib. I. 19. legitur. Avieni epigram ep. 280, in codice Salmasiano Martiali inscrip est, itemque inter Martialis poemata lib. IV. extat. Id, quod A. III. 261 ad Flaccum est, ‹ in Martiale lib. I. 58 extat, delendum censui eadem de causa ep 204, quod itidem in Mart iam editum est, omittendum erat. Ac pene on horum epigrammatum in prooemio Martialis in libro Spectaculorum vulgo edita sunt. Ep. ‹ quod Valeriano inscribitur, ex duobus Valerii M tialis epigrammatis conflatum est, unde recens colligo. Aliud epigramma in Pantagathum tor rem, quod in Martiale lib. VI, 52 legitur, a D bnero tamquam ineditum traditur (in Annal Iahnii 1828. VIII. 3. p. 315.).

58. *Valerius Probus.* ep. 205. Ex Addendis Burmε


[redacted]

Hadriano vindicant. Extat vero in Anthologia Palatina lib. XI. 418 graecum distichon Traiani.

30. *Aelius Hadrianus.* Capessit imperium a. u. 870 et decedit a. 891, annum agens 63. Ep. 206—211. A. II. 96. 98. 118. 258. IV. 399. Novum epigramma ex Appuleii apologia T. II. p. 410 recepi; ep. 206. 207. 211. iambicis dimetris constant arteque sunt insignia. Ep. 210 imperatorem grammaticum sapit. Extant in Anthologia graeca epigrammata Hadriani sex.

31. *Florus.* ep. 212—221. A. II. 97. I. 20. III. 114. I. 17. III. 265. 113. 111. 112. 115. 291. Aequalis fuit Hadriani. Carmina partim iambicis dimetris, partim trochaicis tetrametris, partim hexametris constant, cunctaque uni auctori vindicavi, codicis Salmasiani auctoritatem secutus. Burmannus autem ep. 213. 216. 218 Florido inscripsit.

2. *Sulpicius Carthaginiensis.* ep. 222. 223. A. II 174. 194. Argumenta in Virgilii Aeneidem tam levia sunt, ut malus poeta fuisse videatur Sulpicius.

3. *Terentianus Maurus.* ep. 224. A. II. 237. Hi versus, qui in elegantissimo carmine de rhythmis leguntur, delendi erant. Aetas huius poetae adhuc incerta est. Si enim Petronius Alexandro Severo demum imperante vixit, Terentianus quoque, qui Petronii carmina affert, non ante, ut vulgo putatur, carmen composuit.

4. *Appuleius.* ep. 225—230. A. III. 99. 230. 229. 174. 231. Novum adieci ex Apologia eiusdem auctoris, idque nitidissimum. Hic auctor ingeniosus bona epigrammata finxit. Ep. 225 Appuleii non est. Ep. 230 non Appuleii, sed Mureti est teste Scriverio. Bosscha in vita Appuleii T. III. p. 510 auctor est, aetatem eius in Antoninorum, qui ab anno 891 usque ad a. 933 regnum tenuere, aevum incidisse.

5. *Modestinus.* ep. 231. A. I. 31. Fuerat satius, inter auctores ignotos eum recondere, cum non constet, qui sit aut quando vixerit. Modestino itidem argumenta operum Virgilii, A. II. 188, in

aliquot codicibus tribuuntur; verum an idem sit, vehementer dubito. Epigramma enim lepidum et acutum, argumenta vero in Virgilii opera languida.

66. *Gallienus imperator.* Is imperii consors a. u. 1006 factus occiditur a. 1021. Ep. 232. A. III. 258. epithalamium amabile. Quod carminum genus apud Romanos haud infrequens fuit, quippe constat, centum poetarum epithalamia olim extitisse. Conf. Trebellii Pollionis Gallieni Duo c. 11. T. II. p. 213. Wernsdorfius in Poet. lat. T. III. p. 374.

67. *Albus Ovidius Iuventinus.* ep. 233. A. V. 143. Novimus ex codice St. Galli, quem Goldastus contulerat, elegiae auctorem, cuius aetatem Bernhardyus (Röm. Litt. Gesch. p. 155.) eo aperuit, quod Geta imperator quaestiones de vocibus animalium excitare solebat. Spartianus enim in vita Antonini Getae c. 5. T. I. p. 741. dicit: Familiare illi fuit has quaestiones grammaticis proponere, ut dicerent, singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, ursi saeviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranae coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt, easque de veteribus probare. — Igitur veri simile est, Ovidium Iuventinum aequalem Septimii Antonini Getae, qui a. u. 965 a Caracalla fratre occisus est, fuisse. Duas elegiae recensiones exta-

ratoribus, qui ab a. u. 946 ad a. 970 regnum tenebant, vixit. — Cum enim Tertullianus tradidisset, ab Hosidio Geta Medeam fabulam ex versibus Virgilianis compositam esse, non dubitarunt editores, hunc librum ei tribuere, quamquam in codicibus nomen auctoris deesset. Haec enim Medea nihil nisi cento Virgilianus est, at in codicibus tam laceratus, ut multi versus longiores brevioresve sint. Auctores vero centonum e poetarum numero eximendos esse patet, cum verba tantum aucupentur, nec sententiam respiciant.

0. *Publilius Optatianus Porphyrius.* ep. 236—240. A. III. 89. 103. Tria nova adieci. Is Constantino imperante, qui ab a. 1059 ad a. 1090 vel ab a. 306 p. Chr. ad a. 337 regnavit, vixit. Constat enim, Constantini vicennalia a. 326 carmine Panegyrico eum celebrasse. Epigrammata versibus constant anacyclicis, in quibus sententia nulla aut inepta est, verba autem artificioso quodam ordine aliquid dignitatis habent.

1. *Pentadius.* ep. 241—252. A. I. 102. 139. 140. 141. III. 88. I. 142. 148. 165. II. 203. III. 93. 105. V. 69. Pentadius idem esse fertur, cui Lactantius institutionum divinarum epitomen inscripsit. Lactantium trecentos fere annos post Christum vixisse constat. Pentadius haud contemnendus poeta est, etsi interdum arte lusuque verborum compensavit ingenium. Ep. 241 duobus locis in addendis correxi. Excidit praeterea e schedis meis epigramma Pentadii, quod A. I. 98 legitur: quare in appendice ep. 1614 reducendum duxi.

2. *Citerius Sidonius.* ep. 253. A. II. 257. Torremuzza hoc epigramma, verborum lusu insigne, suspectum esse dicit. Citerius Ausonii familiaris, qui a. u. 379 p. Chr. sive a. u. 1132 consul erat.

3. *Latinus Alcimus Avitus Alethius.* ep. 254—260. A. II. 173. 177. 178. III. 211. 212. 259. V. 150. Wernsdorfius egregie de hoc poeta disputavit docuitque, eum esse, quem inter professores Burdigalenses celebravit Ausonius. De aetate eius

dubitare non licet, cum Hieronymus in chronicis ad a. Christi 360 dicat: Alcimus et Delphidius rhetores in Aquitania florentissime docent. Carmina sunt vel elegiaca vel heroica vel hendecasyllabi, maioremque merentur laudem quam multa alia poetarum aequalium. Tunc enim temporis multos extitisse poetas constat, nec tamen Romae ii floruerunt potissimum, sed in provincia Galliarum. Ep. 259 epithalamium est, quod venustate epithalamio Gallieni imperatoris aemulatur. Ep. 260 an Alcimi sit nescio.

74. *Ablavius.* ep. 261. A. II. 114. Is consul fuit a. u. 1083 sive a. 331 p. Chr. Epigramma in Constantinum Magnum acumine plenum. In Anthologia graeca Palatina lib IX. ep. 762. Ablabio cuidam epigramma tribuitur, quem eundem esse suspicemur.

75. *Aemilius Magnus Arborius.* ep. 262. A. III. 275. Is rhetor Tolesanus Ausonio annis et consanguinitate coniunctus fuit. Elegia languida.

76. *D. Magnus Ausonius.* Is consul fuit a. p. Chr. 379 sive a. u. 1132. Etsi multa in editionibus Ausonii leguntur carmina, quae in Anthologia quoque extant, ut ep. 583. 617. 95. 1023. 1032. 284. 1051. 1052. 111. 1078. A. I. 43. 74. III. 268. 292. V. 45. 47. 85. 86. 141. 142., attamen nullum est, quod non aliorum potius poetarum esse videtur.
[redacted]

praefectus urbi, a. 391 vel a. u. 1144 consul fuit. Tertius, cuius superest ep. 265 in Boethium, Q. Aurelius Anicius Symmachus, qui una cum Boethio filio a. 522 p. Chr. consulatum tenuit, esse videtur. Cuncta haec Symmachorum carmina invita Minerva sunt facta.

79. *Rufinus.* Rufino ep. 236. A. III. 89 versus amacyclici de amore in codice Divionensi tribuuntur. Is idem esse putatur, qui libellum de metris, quem grammaticis Putschii insertum esse constat, composuit. Atque e iunioribus grammaticis fuit, et aevo circiter Theodosiano floruit. Nec cum Rufino, Symmachi amico, orientis aulae praefecto, quem Claudianus poeta duobus libris insectatus est, confundendus, sed eo minor natu est. (Conf. Fabricius in Bibl. Med. et inf. aetatis v. Rufinus T. VI. p. 150.) Verum auctoritatem codicis Salmasiani secutus illud poema Optatiano Porphyrio vindicandum censui. Eidem porro Rufino alterum carmen, Pasiphaes fabulam Horatianis metris enarrans, quod A. III. 232 (ep. 997.) legimus, a Dousa, Goldasto, Fabricio biblioth. lat. T. III. p. 417 ed. Ernest., Wernsdorfio in Poet. T. II. p. 387 sine auctoritate codicum tribuitur.

80. *Sedulius.* ep. 274. A. V. 115. Is Theodosii iunioris, qui a. u. 1153. sive a. 400 p. Chr. natus a. u. 1203 vel a. 450 p. Chr. decessit, temporibus vixit. Epigramma in tabula orbis terrarum iussu Theodosii facta versatur.

81. *Augustinus.* ep. 275. 276. A. III. 144. Novum addidi ex codice Gothano Duebneri. Augustinus a. p. Chr. 430. 73 annos natus mortem obit.

82. *Rufus Festus Avienus.* ep. 277. 278. 279. 280. A. I. 169. 79. III. 58. 59. Wernsdorfius in Poet. T. V. p. 22 circa medium quarti post Christum seculi (350) vixisse Avienum putat. Ep. 279 languidum est. Ep. 280 inter Martialis poemata vulgo legitur, sed nimium quantum ab eius ingenio abhorret.

83. *Claudius Claudianus.* Is auctor Theodosio Magno

imperante, qui a. u. 1098 vel a. 345 p. Chr. natus a. u. 1148 vel a. 395 p. Chr. obiit, vixisse putatur. Sero vidi, tria epigrammata Anthologiae, 1082. 1083. 1121. sive A. V. 146. 147. 191 inter poemata Claudiani extare. At ep. 570 falso Claudiani esse fertur. Scriverius enim ad Anth. I. 15 adnotavit: *Citat Isidorus in Originibus capite de tropis sub Claudiani nomine.* Verum in Originibus Isidori lib. I. 36 nulla fit mentio Claudiani. Deinde F. V. Otto, qui Isidorum in Lindemanni corpore grammaticorum edidit, ad eundem Isidori locum pag. 56 dicit: *Citantur versus ut Claudiani ab Augustino l. III. de doctr. Chr.* Idem error Ottoni, qui Scriverio, accidit. In Augustino enim nullum Claudiani vestigium extat, ut ex adnotatione mea elucebit.

84. *Turcius Rufius Apronianus Asterius.* ep. 281. A. II. 187. Hic consul erat a. 494, et litteris adeo deditus, ut Virgilii codicem studiose emendaret.

85. *Mavortius.* ep. 282. A. I. 147. Vettius Agorius Basilius Mavortius consul erat sine collega anno post Christum 527. Is quoque litteris imbutus fuit: Horatii enim codicem recensuisse eum constat. Conf. Bentleius in praefatione Horatii sui.

86. *Patricius.* ep. 283. A. VI. 89. Patricium aequalem esse Boethii duco, et quidem eum, quem in praefatione commentariorum in Ciceronis Topica Boethius rhetorum peritissimum appellat. Paldamus [redacted]

*urbe Roma Constantinopolitana die III. Idus Ianuarias Mavortio viro consule indictione quinta.* Nam Mavortium a. p. Chr. 527 consulari dignitate ornatum fuisse, supra diximus. Ac Lindemannus in praef. ad Prisciani opuscula minora pag. XV, hunc a. 522 mortuum esse scribit. — Carmen *Est et Non* grammatici ingenium sapit. Ep. 1030. A. V. 43 in ms. Vossiano itidem Prisciano inscribitur.

*Phocas.* ep. 286. 287. 288. 289. A. II. 175. 256. 186. 185. Phocam Constantinopoli post Priscianum grammaticam professum esse, refert Fabricius in biblioth. lat. T. III. p. 406 ed. Ernest., nec aliter Lindemannus in corpore Grammaticorum T. I. p. 319 et Baehrius in litt. Rom. p. 732. At Wernsdorfius Prisciano et Cassiodoro, qui passim eius mentionem faciant, antiquiorem esse iudicat in Poet. T. II. p. 392. Priscianus enim Phocam citat in lib. X. p. 889 ed. Putsch. vel T. I. p. 490 ed. Krehl. (Deest Phocas in indice Krehliano auctorum.) Cassiodorus eundem in libello de arte grammatica p. 2322 ed. Putsch. commemorat. Huius auctoris poemata, etsi miserrima sunt, auctoritatem quandam habuisse videntur, cum saepe ab Andhelmo grammatico (p. 520. 533 ed. Maii) laudentur. In ep. 286 imitatus est Sulpicii Carthaginiensis carmen, quod supra habuimus ep. 222. Ep. 287 de arte sua grammatica pessimum est.

*Fulgentius.* Is vixit circa a 515, ut ex Saxii Onomast. T. II. p. 19. coll. Analect. p. 531 et Baehrii Litt. Rom. p. 733 patet, et auctorem esse ep. 388, carminis astronomici, quod Sisebuti regis esse infra dicemus, coniecerat Scaliger.

*Maximianus.* Is sub Theodorico et Anastasio circa annum 500 in republica versatus est, et elegias scripsit, quae a Wernsdorfio sunt editae, nec quidquam in Anthologia latina huius viri extat. Sed hoc loco de eo monendum esse duxi, quia cum altero Maximiano, qui inter poetas scholasticos nominabitur, a Fabricio in Biblioth. lat.

med. et infimae aetatis T. V. p. 60, Saxio in Onomast. T.I. p. XXX, A. Maio in Tomo V. Auctt. class. e Vat. codd. editorum in disputatione praemissa confunditur. Quem errorem Carolus Langius in nomenclatore ad glossarium latinum atque Wernsdorfius in Poet. lat. T. VII. p. 170, ubi de elegiis Maximiani disseritur, deprehenderunt.

91. *Magnus Felix Ennodius.* ep. 264. A. III. 161. Is anno 521 diem obiit, unde patet, huc redigendum esse eius epigramma, non superiore loco, quo scriptores multo priores sunt collocati. Interim hoc epigramma omnino omittendum erat, quia inter cetera Ennodii carmina iam receptum legitur.

92. *Florentinus.* ep. 290. A. VI. 85. Ab hoc poeta nova in Anthologia latina poetarum series incipit. Aequales eius sunt Flavius Felix, Luxorius, Etemundis, Tuccianus. Qui omnes Carthagine vixerunt, tum cum Carthago altera Roma fuerat. Vandali enim subacta Italia Carthagine imperabant, (a. 429—534) eorumque reges Thrasamundus et Hildericus artibus litterisque adeo favebant, ut hac quoque re cum Roma vetere Carthago aemularetur. Sed facile intelligi potest, illis temporibus et per illam gentem auream litterarum aetatem reduci non potuisse. Conf. Gibbon Hist. Imperii Romani T. IX. p. 5.

93. *Flavius Felix.* ep. 291—295. A. III. 54. 55. 56. 57. VI. 86. Epigrammata pulchra excepto ultimo,

[redacted]

Carmina multiplici versuum genere composita sunt, sed erroribus scatent licentia seculi. Attamen inter multa inepta aliquot bona esse non nego, ut ep. 343. 356. 373. 383. 384. Burmannus ex codice Divionensi Luxorii librum ediderat, sed in codice Salmasiano plura alia ei inserta sunt, quae ipsius esse negavit, ut ep. 587. 916. 176. 944. 1094. A. I. 29. III. 14. 25. 164. V. 165. Ego vero aliter sentio: nam non modo haec, verum multa alia Luxorio vindicanda censeo, ut ep. 1111. 1112. 1123.—1126. 1132. 1133. 1134. 946. A. V. 181. 182. 194. 195. 196. 197. 203. 204. 205. III. 167: ea enim carminibus eius simillima sunt. Cum in editione Burmanni Luxorii liber neglectus prope iaceret, nunc in meliorem redactum esse statum cura ac studio I. I. Ochsneri V. C., qui coniecturas mecum communicavit praestantissimas, omnes viri docti mecum laetabuntur.

5. *Etemundus.* ep. 547. A. III. 283. Nomen indicat, poetam fuisse Vandalicum.

6. *Tuccianus.* ep. 545. 546. A. 281. 282. Hunc quoque natione Vandalum fuisse, ex nomine coniicio.

7. *Eucheria.* ep. 385. A. V. 133. Wernsdorfius in poet. lat. T. II. p. 59. existimat, mulierem nobilem Aquitanicam vel Gallicam fuisse, et seculo post Christum quinto aut sexto vixisse.

8. *Eugenius.* ep. 386. 387. A. II. 264. V. 164. Utrumque inter Eugenii epigrammata vulgo legitur. Is auctor a. 646 in episcopatu Toletano Eugenio primo successit.

9. *Sisebutus.* ep. 588. A. V. 46. Flavius Sisebutus Gundemaro regi Gotho in Hispania successit a. p. Chr. 612, ac per octo annos cum dimidio imperium tenuit. Cuius tum de rebus gestis, tum de scriptis commentatus est Meermannus. Cum in aliquot codicibus hoc poema de eclipsibus lunae praestantissimum Isidori libro tertio Originum subiectum sit, Isidorus plerumque auctor eius habitus est. Andhelmus enim in libro de re gram-

matica et metrica pag. 520 dicit: *Isidorus vero vocales elisit ita: Argutusque inter latices et musica flabra.*

100. *Isidorus.* Is auctor esse ferebatur ep. 388, quod Sisebuti regis est, de quo modo diximus. Isidorus a. p. C. 636 diem obiit.

101. *Beda.* ep. 389. 390. 391. A. V. 116. 68. 70. Is auctor diem obiit a. 735. Ep. 389, compositionem horologii describens, non Bedae, sed Wandalberti Prumiensis esse testatur Fabricius in Bibl. lat. inf. et med. act. T. I. p. 193. Ep. 391 sive Bedae cuculus venustate et ingenio caret. Aliud etiam carmen a Burmanno Bedae inscriptum est, ep. 1051. A. V. 85, verum antiquioris poetae esse, ipse Beda in operibus suis T. II. p. 68 dicit.

102. *Iulius Speratus.* ep. 392. A. V. 149. Auctorem in codice St. Galli reperit Goldastus, cuius eo tantum aetas notari potest, quod Paulus Alvarus Cordubensis, seculi noni monachus, in duobus de philomela carminibus hoc carmen imitaretur.

*ex alia*] *ex alto* Schraderus in Add. B. T. II. p. 719.

8. *miles*] distinguit quatuor hominum classes, Romanos, barbaros, milites, sagittarios. „*Militem* respondere *Romano*, ut *barbarus* iungitur *Partho*, censebat Oudendorpius." Add. B. T. II. p. 719.

9. *hic memori*] *hoc memori* vulgo.

10. *viderit, anne aliquis*] i. e. viderit aliquis, anne.

## 210.

Anth. II. 258. *Traiani imperatoris de bello Parthico versus decori* in vet. cod. inscribi monuit Oudendorp.

1. *belli*] *bellum* Tollius.

2. *Teuthranta*] *Theutranta* vulgo. *Theotranta* duo mss. ap. B. Legendum *Teuthranta* hic et in ceteris versibus, ut apud Virgilium et Ovidium nomen scribitur.

4. *figitur*] in alio ordine versus leguntur in mss. Dorvill. et Leid., atque in editione Pindari Thebani a 1515., cuius varietatem adnotavit B. in Add. T. II. p. 729., nempe 1. 2. 3. 6. 5. 4.

7. *Iphicli*] *Aephycli* vulgo.

## 211.

Anth. IV. 399. In Orellii Inscriptt. T. I. p. 196. n. 824., qui epigramma suspectum esse putat. Octo priores versus ex Gassendi Vita Peirescii lib. IV. p. 331. [p. 141. ed. 1655.], qui testatur, eos sic in tabula marmorea legi, edidi, Schraderum secutus in Epist. crit. p. LXXX. Hadrianum imperatorem monumentum Borystheni equo sepulcrale condidisse et carmina de eo panxisse, Dio Cassius tradit l. LXIX. 10. Versus Anacreontei.

4. *tumulos et ruscos*] correxit Masdéu Opusc. p. 175. Orellius. — *tumulos Etruscos* vulgo.

6. *Pannonicos in apros*] *Pannonicos nec ullus apros insequentem* vulgo.

7. *insequentem — nocere*] accusativum cum verbo *nocere* iungi, contendunt Salmasius ad Spartiani Hadr. c. 20. et B. Neque tamen ullum eius rei exemplum certum adhuc vidi. v. Ramsh. L. G. p. 346. An legendum *ullus insequentum?*

10. *extimam saliva*] Salmas. Orellius. *extimam salivam* vulgo. Iunge *nec ullus insequentum saliva sparsit ab ore caudam extimam.*

16. *hoc situs*] duo Anacreonteorum genera in hoc carmine reperiuntur, de quibus Hermannus in Elem. D. Metr. p. 475 sqq. egit; alterum

iambicum, ut in v. 1. 3. 5. 7. 9. 10. 13. 15.; alterum choriambicum, ut in v. 2. 4. 6. 8. 11. 12. 14. 16.

## 212.

Anth. II. 97. ex Spartiani Hadriano c. 16. Floro rescripsit Hadrianus in carmine, quod supra n. 207. dedi. Charisius p. 113. citat *Annaeum Florum ad Divum Hadrianum Poematis delector.* Salmasius L. Annaeum Florum, qui epitomen historiae Romanae scripsit, intelligit, cui adsentitur Bernhardy Röm. Litt. p. 277. Burmannus inscripsit *Iulii Flori,* nescio qua auctoritate fretus. Conf. Weichert. Poet. l. Rel. p. 369. Fiedler. in Scriptt. H. R. minor. p. XVI.

2. *ambulare*] pronuntiandum *amblare.*

## 213.

Anth. I. 20. Wernsd. Poet. T. II. p. 537. Octo sequentia epigrammata in pluribus mss. coniuncta leguntur, ita ut in ms. Salm. totius carminis sit titulus *Flori de qualitate vitae,* in ms. Thuaneo 8071. *Floridi de qualitate vitae.* Eo vero ordine, quo in mss. Salm. Thu. leguntur, quoque a Lipsio in Elect. I. 5. vulgata sunt, edidi. Eidem L. Annaeo Floro historico, cui praecedens vindicatur, a Salmasio ad Spartiani Hadrianum c. 16. T. I. p. 155. tribuuntur, a Wernsdorfio Poet. T. II. p. 503. et T. VII. p. 22. L. Vibio Floro nescio cui poetae. — Versus trochaici tetrametri catalecti.

1. *vitium*] *vitum* Thu.

3. *venulis*] *venilis* ms. Salm.

4. *ducat*] *dicat* Thu.

*versus usum in alterum*] Salm. *versus usum in altero* Thu. *versum usus vinalteros* ms. Salm. *versum usus in alteros* Heins. (adversus metrum, monente B. Add. T. I. p. 719.). Illud *versus usum in alterum* valet liquor corruptus.

quinta sede trochaeum requirit. — Bacchus calorem gignit vino, sole
.llo.

## 216.

Anth. III. 265.

1. *arbores*] *arboris* Thu.

3. *fuit exinde*] Schrader. Emend. p. 109. *fit exinde* vulgo, ob-to metro. *fit deinde* Scriver.

4. *ardor*] *arbor* Thu.

## 217.

Anth. III. 113.

1. *ab alvo*] metro violato. *abs alvo* vel *ex alvo* Pith. *ab utero* .aderus.

2. *falsa contub.*] *prava cont.* Heins. *infausta cont.* Eldick. Spec. .ic. p. 218. Sed *falsa* valet *prava*, quod latuit Heins. atque Wernsd., .ente Wakefieldio S. Cr. V. p. 68.

## 218.

Anth. III. 111.

1. *offucias*] *officia* ms. Salmas. a 1. manu. *offugia* Thu.

2. *orbem*] *urbem* Thu.

3. *malim*] *malum* Thu.

## 219.

Anth. III. 112.

1. *est habere*] *est habere habere nummos* Thu.

2. *pudor*] ms. Salm. *pavere* vulgo. *pavor* Lips. Heins. Schrader.

## 220.

Anth. III. 115.

1. *fiunt*] *sunt* Wernsdorf. errore.

## 221.

Anth. III. 291. Ex eodem codice, quo epigrammata Flori priora, .masius edidit ad Spart. Hadrian. c. 16. — Wernsdorf. Poet. lat. M. VII. p. 124.

1. *amoeni*] *amoenae* mss. Salm. et Divion.

2. *dies*] *die* ms. Salm. *diae* ms. Leid.

*spicula*] spicula gemmae sunt tenuissimae adhuc et acutissimae, *ramides* maiores et ima parte crassiores, *calathi* iam supra tument .eriore parte angustiore, explicantibus se iam et intra dehiscentem ca-.em latiora sibi spatia quaerentibus foliis. — Gesnerus in Thes. s. v. .ta.

3. *pyramidas*] Florus *pyramidas* vocat, qui Plinio *alabastri*, et *ca-thos*, quos ille *calices*. Salm. ad Solin. p. 72.

*maiore*] *maiora* ms. Leid. a 1m.

4. *calathos*] *gallatos* mss. Salm. Leid. *tertia lux calathis* ms. B

## 222.

Anth. II. 174. B. inscribit *C. Sulpicii Apollinaris gramm.* *Aeneidem Virgilianam.* In Donati vita Virgilii c. 15. Sulpicii C giniensis esse epigramma legimus. Sulpicio Carthageniensi trib Voss. Ac fortasse sub hoc Sulpicio Sulpicium Apollinarem, qui co diarum Terentii argumenta composuit, intelligere possumus. Idem berrimus fuit grammaticus, eumque Gellius (Noct. Att. XVIII. 4.) lescens cognorat. Nec alius erat praeceptor Helvii Pertinacis teste Capitolino in vita Pertinacis c. 1. Super Virgiliano versu lect Sulpicii citat Gellius IV. 17. Quamquam autem Burmannus quoque Anth. II. 194. in hac opinione acquiescat, diversam tamen rationem plecti malim, si quis auctorem huius et sequentis carminis gramm aevi serioris, ut eius, quo Luxorius vixit, fuisse contendat. Nec in Donati auctoritas, quominus in ea sententia *simus*, *praesertim* cum Virgilii non Donato, aequali Hieronymi (a. 355. p. C.), sed alii matico inferioris aetatis tribui debeat. Conf. Schopeni comment. d rentio p. 33.

3. *Variusque*] *Varusque* vulgo.

5. *Pergamos*] ms. Goth. ap. Duebnerum in Iahnii Ann. T. P. III. 1828. p. 309. *Pergamon* vulgo.

## 223.

Anth. II. 194. In ms. Vossiano Sulpicio Carthaginiensi adscr

5. *Aeneas*] *Aenean* — *referre* ms. Voss.

8. *ac tum dolus*] *ac Danaum dolus i. hosti* vel *urbi* Francius

o. *sumat*] int. Turnus.
3. *petunt*] *petit* vulgo.
9. *laudaem*] *Lausus nam fecerat iram* vel *Lauso* Oudend.
8. *pugnae neces*] *pugnae vices* Oudend.
19. *secreto*] *sed recto* Oudend. *Percussa intercipit hostis Foedera: 'o violatur vulnere teli Aeneas. Caussa est illi Iuturna: neganti t obsequio. Iam Mars finiverat iram.* Heyn.

## 224.

Anth. II. 237. Hoc epigramma ex Anthologia delendum erat, quia s sunt ex Terentiani carmine de metris v. 2182 — 2187. Vulgo ur, in fine seculi primi vixisse Terentianum. Id verum esse nego.
i. *inpotens ultor*] *ultor impetus tui* vulgo.

## 225.

Anth. III. 99. ex Barthii Advers. XV. 17.
.. *principium*] senarius corruptus. An

*principium vitae nostrae obitus meditatio est?*

i. *peccare nesciens*] *peccati nescius* B.
i. *fructus*] Barth. *strictus* ms. *immoderatae irae fructus est in-* : B.
i. *credens est*] *credens fert* B. recte. *credere est* Barth.
i. *argentum et*] litera *m* non eliditur.

## 226.

Recepi ex Appuleii Apologia p. 391. ed. Bosscha, ubi Appuleius epistolium, quod Ludicris suis insertum erat, recitat. Deest in Angia Burmanni.
1. *mundicinas*] Lipsius. *munditias* mss.

## 227.

Anth. III. 230. Extat in Appuleii Apologia p. 401. *Venio ad ce- versus, ut illi vocant, amatorios, quos tamen tam dure et rustice e, ut odium moverent. Sed quid ad magica maleficia, quod ego os Scribonii Laeti, amici mei, carmine laudavi? An ideo Magus, poeta? — Recitem denuo, ut sciant me eorum non pigere.*
1. *delicies sit*] *delicies stet salva* ms. Pithoei. Correxit Bosscha. i. e. quaeso, Charine, ut et Critias sit mea delicies: pars, quam tu in e meo habes, tibi, o vita mea, nihilominus salva remanet. — Ap- t Appuleius filios Scribonii Laeti, quos simulatis nominibus Critiam harinum vocat: alia enim proprie nomina habebant, ut in eo loco, 1 mox laudabo, ipse profitetur. — *delitescet salva* ms. Florent. *et as, mea delicia, et Sol alme Charine, Par in amore meo vita tibi net.* vulgo.
3. *nam me*] *ne me* vulgo.
4. *potior*] *potiar* vulgo.

## 228.

Anth. III. 229. Extat in Appuleii Apologia p. 402. *Recitem ... et alios, quos illi quasi intemperatissimos postremum legere. — ... crimen meum, Maxime, quasi improbi comissatoris de sertis et ... compositum. Hic illud etiam reprehendi animadvertisti, quod, ... aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critiam appellarim. Eadem igitur opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit, et Ticidam similiter, quod, quae Metella erat, Perillam scripserit.*

3. *Critia, lux*] *uti Critiae lux* vulgo.

10. *savia*] *suavia* vulgo.

11. *animam inspires*] i. e. atque adeo, si carmina facere voles, ... dona mea et carmina mea, tuis victa, iacebunt. *dona* pro substantivo habeo, non pro imperativo. — *Quod si animum inspires, dona et iam carmina. nostra Cedent* vulgo.

*Quod si Amor inspiret, dona et iam carmina. nostra* etc.

Piersonus Add. B. T. II. p. 747. Bosscha interpretatur: Quod si tu quoque fistulam inflare coeperis, quum munere tuo superaveris dona ...; iam quoque carmina nostra tuis cedere debebunt.

*Quod, si animam inspires dono, iam carmina nostra*

Wakef. ad Lucret. IV. 1187. *et tenet adsuctis humectans oscula labris.* „Vulgo *dona et*, quae doctos viros prorsus ludificata sunt." — *quod si aulum inspires, dona et iam carmina nostra Cedent* Salm. ad Solin. p. 82. „*aulum* pro tibia, graecam vocem, usurpavit." —

## 229.

Anth. III. 174. Extat in Appuleii Metamorph. p. 511. *Sed infortunatissimae filiae miserrimus pater suspectatis coelestibus odiis et irae superum metuens, dei Milesii vetustissimum percontatur oraculum,*

[redacted]

C. vixit, quoque praeceptore usus est Maximinus Iunior (v. Capitolini Vit. Maximini c. 1. T. II. p. 60.), quis pro certo dicat? Multo magis eumdem esse existimo illi, qui argumenta Iliadis scripsit, et grammaticus serioris aetatis fuit.

1. *alite somno*] *aside somno* ms. Salm. Leid.

2. *pallentis roris*] *myrti inter frutices pallentis, floris in umbra* Med. Wakker. Amoen. p. 135. Ruhnkenius ap. Wakkerum *albentis roris in herba* mavult ex Ovid. Fast. III. 880. *canuerint herbae rore recente quater.* „Fortasse *ros pallens* pro rore marino dici potest, etsi nullum recordor locum, in quo simpliciter ros pro rore marino dicatur." Klotz. in Act. Erud. 1759. p. 694.

4. *saeva*] ms. Voss. *sacra* vulgo. v. Add. T. II. p. 708.

5. *ait*] postrema longa in arsi.

6. *Scylla, metamus*] *Scyllam et amus* ms. Salm.

8. *Dido et*] neglecta elisione. *Dido ait et* Oudend.

9. *Evadne*] M. Wakker. „hiatu in his frequenter obvio." *Evadnes* vulgo. *Euhadnes* Oudend.

10. *inquit Biblisque*] *inquit* in ms. Salm. legitur. *Hunc, Arethusa, in aquis; Byblis, in fonte necemus* vulgo.

## 232.

Anth. III. 258. Wernsdorf. P. L. M. T. III. p. 404. Edidi hoc epigramma ex ms. Voss. ubi inscribitur: *Carmen Galici imperatoris dum sponsum et sponsam ad lectum mitteret.* (Addenda Burmanni T. I. p. 747.) Aliter paulo idem laudat Trebellius in Gallienis II. c. XI. T. II. p. 214. *Fuit Gallienus oratione, poemate atque omnibus artibus clarus. Huius est illud epithalamium, quod inter centum poetas* (i. e. inter epithalamia centum poetarum) *praecipuum fuit. Nam cum fratrum suorum filios coniugaret et omnes poetae graeci latinique epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, cum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, saepius ita dixisse fertur:*

Ite, ait, o pueri, pariter sudate medullis
omnibus inter vos: non murmura vestra columbae,
brachia non hederae, non vincant oscula conchae.

1. *ite simul*] *Ite agite, o iuvenes: et desudate medullis*
*omnibus* etc.
*brachia non hederae, non vincant oscula conchae.*

vulgo.

3. *oscula conchae*] oscula cum conchis comparantur, quia saxis artissime inhaerent.

4. *Ludite*] Hoc distichon deest in ms. Voss. et apud Trebellium.

## 233.

Anth. V. 143. Duas editiones huius elegiae esse constat, alteram longiorem, quam Goldastus inter Erotica et Amatoria opuscula Francof.

1610. p. 71. et Wernsdorfius in Poet. lat. M. T. VII. p. 178 et 279. secutus est, alteram breviorem, quae in Schotti Observatt. hum. II. 51. p. 101. et in Burmanni Anth. legitur. Prior editio carmen maius de philomela atque de vocibus aliarum avium quadrupedumque continet, editio autem minor resecuit ea, quae universe sunt dicta, nihil fere relinquens nisi versus illos, qui vocabularium vocum avium continent. De aetate Albi Ovidii Iuventini, qui in Goldasti ms. auctor carminis esse fertur, nihil adhuc constabat. Conf. Fabric. Bibl. lat. lib. I. c. 15. Sed G. Bernhardy hoc carmen aliaque de vocibus animalium poemata ab aequalibus Antonini Getae, imperatoris, qui circa a. u. 940. p. C. 187. vixit, composita esse docuit (Röm. Litt. p. 135.). Wernsd. antea T. I. p. 316. hanc elegiam Citerio Sidonio Syracusano, Ausonii aequali, tribuerat.

1. *Dulcis*] aliter incipit poeta apud B.

*Scribere me voces avium philomela coegit,*
*Quae cantu cunctas exuperat volucres.*
*Nam philomela canit vocum discrimina mille,*
*Et cantare simul nocte dieque potest.*
*Parrus enim etc.*

9. *parus*] *parrus* vulgo.

10. *at sua vox nulli*] Gold. Wernsd. *vox eius nulli* vulgo.

11. *palara*] *dulce pelora — droscam* vulgo. *parala* B.

16. *tunc mitilans*] Gold. Wernsd. *tempore rurilulans* vulgo. *rure ululans* B.

17. *tunc turdus*] scripsi *tunc* i. e. vere. *dum* Gold. Wernsd. *et* vulgo. *pusitat*] *parsitat* vel *pisitat* B.

19. *caccabat*] *cacabat* vulgo.

22. *tetrinit*] *tritinnit* vulgo.

[redacted]

52. *ast lupus ipse ululat*] Gold. W. *porro lupus ululat* vulgo.

53. *glocitant*] totum distichon ex Gold. dedi.

*et barrus barrit, cervi clocitant, equus hinnit:*
*ast taurus mugit et mugilant onagri*

vulgo, et W.

55. *tardus rudit, oncat asellus*] Gold. W. *quiritat verres setosus et oncat asellus* vulgo.

56. *blatterat*] B. *blacterat* Ald. Vossius Add. T. II. p. 699. *blaterat* vulgo. *braterat* Schott.

57. *pascens*] Gold. W. *subigens* vulgo.

58. *miccire*] Gold. W. *micere* vulgo.

60. *glaucitat*] Gold. W. *glutinat* vulgo.

63. *ecce*] Gold. W. *nempe* vulgo.

69. *Domino*] creatori deo vulgo explicabatur. Bernhardy Getam ominum intelligit.

70. *sive sonare*] Gold. W. *seu semper sileant nocte dieve canant* ulgo.

## 234.

Anth. V. 113. In mss. inscribitur *C. Iulii Solini Polyhistor Ponticus*, n ms. Regio Salmasii ad finem Polyhistoris Solini legitur *Incipit eiusdem Ponticon.* Titulus, ait Salmasius, in Prolegg., operi fuit *Ποντικά.* Melius scripsisset *Πόντια*. Res enim marinas, hoc est, animalia maris, pisces omne enus eo libro enarraverat, vel, ut ipse ait, *aequoreas catervas.* Wernsorfius autem in Poet. T. I. p. 208. a Salmasio discedens hoc titulo *Ποντικῶν* indicari docet, Solinum non omnes omnium marium pisces, sed os tantum enarrare voluisse, qui in Ponto invenirentur, praesertim cum ullum mare piscium multitudine et praestantia esset celebratius quam ontus. Porro Scriverius idemque Wernsdorfius maioris quam pro Soni ingenio spiritus carmen esse rati, Chorographiae Varronis Atacini dicarunt. Contra Fr. Wüllnerus in comment. de P. Varrone Atacino 33. aetatem atque indolem Solini hos versus non excedere profitetur: ui assentior.

1. *Ponto*] i. e. in mari Pontico. Wernsd. — *ponto* minuta initiali ulgo.

2. *aequoreas spirantis*] ex ms. regio Salm. *Mare molle spirans* Sonus putat, eorum opinionem sequens, qui Oceanum quasi corpus quodam vivum spirare, ex eoque spiritus reciprocatione accessus et reessus fieri in maribus existimabant. Salmasius ad Solini c. 18. p. 151. L. Traiect. eumque sequitur B. *salis aequorei spirantis* (i. e. spirans molle catervas) Pith. Scalig. „Quod ineptum est. Nam *sal aequoreus* idem est, ac si dicas *mare aequoreum.*" Salm. l. l.

6. *purpureis*] *purpurei dum sanguinat unda profundi* Lindenbr. H.
*sanguinat*] i. e. rubet.

7. *placido — mundo*] i. e. non irato mundo, gezeugt aus einem sanftem Element.

11. *gemmavit*] *gemmare* proprie gemmas emittere vel gignere notat, hoc loco *astrigeram faciem gemmavit* nihil aliud significat quam *astra creavit*, ita ut astra gemmare eadem figura dicatur, qua alias *aedificare domum* et similia. Simplicius autem esset *astrigera facie* *tido gemmavit Olympo*. Sic enim Ennius ap. Charisium p. 81. *Pampineis gemmavit pampinus uvis.*

13. *fundata*] ex ms. reg. Salm. *librata* vulgo, utrumque eodem sensu; alterum in Ovid. Met. I. 12. legitur.

14. *aetherias*] i. e. locum, quem in aethere tenent. *aeternas* Barth. Adv. XLIV. 3.

15. *suis*] i. e. propriis.

18. *pios*] i. e. benignos et faventes. *tuos* Scriver.

20. *litata*] i. e. placata.

21. *libemus*] litus tantum peragrare ad eruendas *ostreas vult*. Wernsd. — Wüllnero hic versus ineptus esse videtur.

22. *Tempea coetu*] *Tempea citu* mss. Pith. Reg. *cava tympana cantu* Tollius, qui *Tritonas* intelligit. *Cava Tempea* Solinus profunda maris appellat, in quibus Nymphae ac Nereides domicilia habent: Tempe enim hic loca amoena maris dicuntur (die schönen Thäler des Meeres).

*resono — coetu*] ad *coetu* int. aquarum. Ihr auch, die ihr ein weites Tempe im brausenden Kessel des Meeres bewohnet. Quid *citu*, quod in mss. legitur, sit, ignoro. Substantivum enim quartae declinationis, *citus*, a *cieo* flexum, quodque strepitum significet, in usu non est.

## 235.

[redacted]

57. *non ea*] Creon haec loquitur apud B.

65. *testor*] inserit Oudend.

71. *natum*] Med. Wakker. p. 158. *natam* vulgo. Verba sunt Medeae ad Creontem, monentis, ne sineret Creusam Iasoni in matrimonium unire.

88. *quid causas*] versus iusto minor. Alterum hemistichium ex Aen. III. 395., alterum ex Aen. VIII. 386. *Quid causas petis aut in me exitiumque meorum* Scriver. vulgo. *Quid causas petis ex alto excidiumque meorum* B. Conf. v. 94. 173. 212. 213. 227. 228. 378. 447.

135. *ramo*] Oudend. hunc versum vel delendum vel post v. 142. *usus* etc. ponendum existimabat.

157. *fateor, arma*] B. *fateor, me, arma* vulgo.

163. *sensibus haec*] Higtius ex Virg. Ecl. III. 54. Add. T. II. p. 713. *sensibus hic* vulgo.

167. *hac gener*] Med. Wakker. p 158. ex Virg. Aen. VII. 317. — *hac gener* vulgo.

172. *sequentur*] B. ex Aen. XII. 153. *sequuntur* vulgo.

180. *aut pugnam*] post hunc v. excidit aliquid, ut *Mens agitat, certum est sceleratas sumere poenas* ex Aen. IX. 153. et II. 576. B.

191. *surgere*] deest *videtur*, quod ap. Virg. Geo. I. 396. legitur.

192. *Media*] deletur a Med. Wakkero p. 159. — B. delevit *nigrisque*.

210. *erepta*] ex mss. Schrader. Add. T. I. p. 727. — *erepte* vulgo.

212. *tangit honos*] metrum est corruptum, nec aliter in v. sequenti.

*Tangit honos animum, et mensas quas advena adisti,*
*Per connubia nostra, per inceptos hymenaeos.*

217. *rauca*] ex Aen. V. 866. — *dum rauco adsidue longo sale saxa sonabant* vulgo.

226. *seminaque et tauros*] B. ex Geo. II. 140. *semina et aeterios*

227. *obieci, satis*] *obieci, unde satis* B.

236. *manum patiens*] Schrader. Add. T. I. p. 727. ex Aen. VII. *manu patiens* vulgo.

254. *quaesitae*] Klotz. in Antib. p. 73. *quaesitas* vulgo ut in Aen. 423.

256. *haec loca*] post h. v. excidit *invertere satis inmanis dentibus hydri* ex Geo. II. 140.

269. *natos, Veneris*] sic interpunxit Med. Wakker. p. 160. *natos Veneris, nec* vulgo.

270. *quid petis aut* etc.] Oudend. *quid petis causas et inrita i. i.* vulgo.

281. *omnes, dare*] ita scripsi. *omnes et dare* vulgo.

283. *te sine, frater,*] ex Aen. XII. 883. — *Te sin frater erit.*

298. *patrias*] *patris* vulgo errore typogr. Add. T p 727.

309. *graviter*] Hi duo versus intelligendi sunt de Or
cen lugente. Ideo supplevit Schrader.:

*Qualis miserabilis Orpheus*
*Graviter pro coniuge saevit* etc.

Add. T. I. p. 727.

314. *rumpit pavor*] int. *rumpit me*, ex Aen. VII. 458
vit *rumpit*, quod vulgo abest. *surgit pavor* Klotz. in Antib.

316. *tarda, atque*] B. vulgo desunt.

343. *tum visaeque*] Oudend. addit *tum*, quod vulgo de

358. *paras, luctu*] ita scripsi. *paras et luctu* vulgo. *pa*
*miscere* Klotz. in Antib. l. l.

378. *erige, tuque*] *erige, iam tuque* vel *erige tu, tuque i*

387. *aut qui tibi nostri pulsus a.*] corruptum. Excidit

392. *labi a corpore tanto*] *laniatum corpore toto* B.

431. *illa per et scopulos*] Higtius ex Geo. III. 276.
*populos* vulgo.

438. *fui*] *sui* vulgo.

443. *manus, luctu*] *manus et luctu* vulgo.

444. *me*] B. *te* vulgo.

## 236.

Anth. III. 89. *Iorfiri anaclici* ms. Salm. *Porphiri* mss.
*versus anacyclici* ms. Divion. prob. B. — Wernsdorfius aut
secutus sum, in T. I. p. 671. hoc carmen cum ceteris
grammatis Publilio Optatiano Porphyrio vindicat. Is circ
Constantini Magni vixit, teste Fabricio in Bibl. med. et inf.
p. 169., et singulari ad carmina difficillimi lusus componenda i
stinctus erat. Nam praeter artificiosum illum Panegyricum in

Burmannus alii Porphyrio et diverso ab eo, cuius praecedentia sunt epigrammata, id tribuit, sed Wernsdorfius eum refellit T. I. p. 675 seq.

1. *pauxillum*] Fulgentius. *pauxillam* Muncker. *pauxillo* vulgo.

3. *nam, ut ne aliud*] Muncker. *nam ut aliud* vel *ut non aliud* ms. *nam, ne aliud* vulgo.

4. *quanto*] *quam tu* Heins.

## 241.

Anth. I. 102. *De Hectore Pompilianus* ms. Thuan. *de Hectore* *Maximino* ms. Petav. *Hectoris Troiani Virorum strenuissimi tumulus* ms. Voss. Pithoeus et Scaliger Pentadio tribuunt. Wernsd. Pentadii elegias et epigrammata edidit in Poet. Lat. Min. T. II. p. 309. „Pentadius", ait ille, „Porphyrio ut aetate par, ita ingenio et gustu poeseos perquam similis est, quod singulari, ut ille consuevit, artificio et schemate quamquam multo tolerabiliore nec ineptiis indulgente carmina sua componere et exornare voluit. Vocari id genus carminis, quod usurpavit, serpentinum vel ophites solet, quando finis revolvitur eodem, unde venerat, et perpetui orbes versuum componuntur." Exemplum huius versuum generis in epigr. sequenti legimus. Pentadius is est, cui Lactantius epitomen Institutionum Divinarum inscripsit. De carminibus Pentadio inscriptis B. egit ad Anth. III. 105.

2. *alter*] *ater* Thuan. Petav.

*erat*] *erit* Petav.

3. *violentis ictus*] Thuan. *violenter hictus* ms. Voss. *violenti fratus* Voss. 2. *violenti victus* vulgo.

8. *quos fletus Hecube*] i. e. quot lacrimas effudit, ut Virg. Aen. IV. 370. *Num lacrimas victus dedit?* *quos* pro *quot* ut ap. Ciceronem II. Verr. c. 21. *quos putatis fletus mulierum, quas lamentationes fieri solitas in hisce rebus? quot fletus Hecubae, quot dedit Andromachae* , improb. Klotzio Act. Erud. 1759. p. 697.

10. *hac tumulavit*] *accumulavit* ms. Voss. *atumulavit* Petav.

## 242.

Anth. I. 139. *Pintadi* ms. Voss. Thu. 8071.

1. *pater*] Cephissus.

2. *undas*] *amnes* Wernsd.

3. *patrem*] *patrem esse dum* ms. Voss. 2m. — *puerum* Piersonus, Ep. 143. *Dum putat esse parem vitreis Narcissus in undis.* Ex Ed. B. T. II. p. 710.

*quaerit*] *quaerat* Thu.

*in amne*] *inanem* ms. Salmas.

4. *lacu*] *lacus* Thu.

5. *quod*] *quo* Heins.

7. *stat*] *flet* Heins. Conf. III. 253, 20.

## 243.

Anth. I. 140. In ms. Voss. *Pintadi* inscribitur.

1. *proprios mediis in*] ms. Salm. *proprios mediis in fontibus ignes* Thu. 8071. *propriis .... in fontibus* ms. Voss. *propriis Narcissus fontibus ignes* vulgo.

2. *deceptum urit*] mss. Salm. Voss. Thu. Similiter Catullus 6. 4. *Speret nec linguam esse, nec auriculam.* Conf. Santen. ad Terentia. v. 1778. *deceptum torret* vulgo. *deceptum ludit* B. inprob. Klotz, quia epigrammatis acumen in eo consistit, ut aquae poeta flammas tribuat.

## 244.

Anth. I. 141. *Pintadi* ms. Voss. Thu.

1. *hic*] *hoc* ms. Voss.

*credidit*] *creditur* ms. Salm. Thu. Voss.

3. *cernis ab*] Higtio videbatur esse epigramma in Narcissum florem in ripa irrigua surgentem, et significari, eum e prato in ripam ad flumen propius esse translatum, ut crescat ab aquis, quibus periit, ideoque corrigendum videbatur:

*Cernis ab irriguo repetentem gramine* (vel *margine*) *vitam,*
*Ut, per quas periit, crescere possit aquis.*

(Add. T. II. p. 710.) *cernis ubi irriguo* Heins.

*ripas*] ms. Salm. *ripam* vulgo [Corrige context.]. Narcissum florem vides amantem ripas rivorum, quia herba est irrigua, vel solo irriguo indiget.

4. *aquas*] int. ut per aquas, per quas periit, c. p. — *at puer quas p. c. poscit* mss. Voss. Thu.

## 245.

[redacted]

1. *Acidos*] v. Ovid. Met. XIII. 884.

2. *iugis?*] punctum interrogationis addidi.

3. *Cyclopei*] penultima longa, quae alias brevis esse dicitur. Sed *Cyclopius* ibi valet, ubi brevem penultimam poscimus.

4. *Nympha*] Galatea.

6. *vehit*] *dedit* B. — Fluctus resonare videntur nomen Acidis.

7. *neque*] *nec* vulgo.

## 248.

Anth. I. 165.

1. *Chrysocome*] Oudend. *Chrysoconte* ms. Leidensis, in quo solo hoc epigr. legitur. *Chrysogone* Burmannus in Add. T. I. p. 725., sed Oudendorpii coniecturam rursus praetulit T. II. p. 74.

## 249.

Anth. II. 203.

1. *colui*] *sevi* Ald. Virgilii.

2. *capras*] *capras arma duces* ms. Voss. *campos rus hostes* ms. Hamburg. *capras rus hostes quaeque labore gravi* ms. Gothanus ap. Hübner. in Iahnii Ann. 1828. T. III. F. III. p. 309.

## 250.

Anth. III. 93. Pentadio vulgo tribuitur, sed incertum, an codicum auctoritate id fiat: certe melioris aetatis poema esse, quam est Pentadius, adnotat Wernsd. T. II. p. 460. — Hendecasyllabi.

1. *beata*] *veata* ms. Voss.

2. *quod*] *quos* mss. Voss. Scal. *quam* H.

3. *videre*] *virere* ms. Scal. *nitere* H.

4. *lecto*] *toro* ms. Voss.

5. *pluma*] Martial. l. XII. 17, 8. *Dormit et in pluma purpureoque toro.*

8. *arvo*] *auro* ms. Voss. Scal.

10. *sed nullos*] *nec vanos populi favore magni,*
*sed nullos trepidum timere casus.*
mss. Voss. Scal.

13. *licebit illi*] *licebit, ille* Oudend.

## 251.

Anth. III. 105. *Pentadi de fortuna* ms. Thuan. 8071. *Pintati* ms. Salm. *Pintadi* ms. Voss.

1. *adsidue*] *assiduo — assiduo* Pith. ms. Salm. *adsuo* Thu.

3. *Progne*] *Prognae, pia dicta* Oudend. — Progne facta est, ut pia erga sororem fuisse diceretur, vel factum est, ut Progne pia esse diceretur.

5. *carmine — carmine*] *crimine — crimine* Schrader. *Carmen* hic pro artibus magicis positum est. *carmina — carmina* Thu.

*visa — fuit*] Boissonad. ad Nicetae lib. I. 238. comparat φανήσου, pro quo alii scriptores ὤν aut γενόμενος adhiberent.

*ulta*] *ultra* Thu.

7. *ad auras*] int. superas.

8. *abit*] ms. Salm. *habit* Thu. *habet* ms. Voss. *abest* vulgo. — *abit* pro abiit ut *petit*, *subit* pro petiit, subiit. v. Tollius ad Auson. epitaph. Her. 51. Heins. ad Ovid. I. Fast. 109.

9. *poma*] *mora — mora* B., quia in fabula Thisbae et Pyrami *mora* a poetis commemorantur, ut in Anth. III. 211, 7. Sed *poma* sunt generale nomen omnium pene fructuum, qui ex arboribus sunt, imo nuces quoque his comprehenduntur.

*tristi nece*] *Sanguine poma rubent Thysbaeo tincta repente* H.

11. *Minoïa*] *minonia* Thu.

13. *qua*] *quia* ms. Voss. *quam* Thu.

14. *hac*] *ac* mss. Voss. Thu.

15. *adest c., sunt gaudia — adest*] Thu. *adest coelo sunt gaudia* mss. Voss. Salm. *ades c., das gaudia — abes.* vulgo. Boissonad. ad Nicetae l. I. 238. adnotat: „*ades — adest* ms. Salm. *adest — adest* ms. Thu. Scribendum utroque loco *ades*. Leda alloquitur et Pollucem et Castorem. In pentametro ad *ades* subaudiendum *hic*, *in terra*. Lectio Voss. cod. *sunt gaudia* et bis *adest* mihi magis etiam placuerit.“ In pentametro *quod alter adest* explico, quod alter tantum, non ambo nati adsunt.

17. *saepe fuit — saepe fuit*] mss. Salm. Voss. Thu. *saepe fuit — et ipse fuit* vulgo. *et ipse fuit — et ipse fuit.* B. Wernsd. vulgatam tuetur.

*diri Busiridis*] *diribus hiridis* Thu.

18. *Busirisque aris*] *Busiridis horis* Thu. *busiridis oris* ms. Voss.

21. *ausa est*] mss. Voss. Salm. Thu. Boissonad. ad Nicetae l. III. 332. — om. *est* vulgo. Pro *ausa* Schrader. *usa*, iungens *stipite, fatifero fratribus.* — Explico *iuste ausa est* Althaea facinus iustum ausa est i. e. patravit.

*a est, sed propterea non verior ipsius quam Pentadii scriptura.*“ Vernsd.

*per*] *post* mss. Salm. Thu.

34. *animae prima*] mss. Salm. Voss. Thu. *animae primae* Oudend. *nimae pretium* H. *animae aeternum lux* vulgo. De brevi syllaba v. d vs. 28.

35. *laetitiae diversa*] i. e. mala opposita sunt laetitiae vel bonis.

*creata*] *creati* mss. Voss. Salm.

36. *et iuncta*] *iuncta tam* mss. Voss. Salm. *et iunctam assiduae* Thu. An legendum *at iuncta?*

## 252.

Anth. V. 69. *Pentadi de adventu veris* Thu. 8071. *Pintadi de dventu Veneris* ms. Voss. *Pintati de adventu veris* ms. Voss.

1. *animantibus*] mss. Salm. Thu. *amantibus* ms. Voss. *moventibus* ulgo.

2. *aquis*] *equis* mss. Salm. Thu. Voss. Eurus tepentes pluvias adehit vere.

*fugit*] *fuit* Thu.

3. *persentit*] mss. Salm. Voss. *praesentit* vulgo. *persenti cera ca-ores* Thu.

5. *vireta*] *virecta* mss. Salm. Voss.

*foliis*] *folio* mss. Salm. Voss. Thu.

7. *Ityn*] *sytin* ms. Salm. *modulis tot* Thu.

9. *per*] *pes* Thu.

10. *late resonat*] *latero res.* ms. Voss. *latere sonat* ms. Salm.

11. *sola flatus Eoi*] ms. Salm. *sola patus Eoi* mss. Voss. Thu. *Sol arus Eoi* vulgo. Flatus Eoi est aura Luciferi matutina. Die Morgenluft malt den Boden mit Blumen.

12. *Tempeaque*] ms. Salm. *temporeaque* ms. Voss. *temporaque* ulgo. *Tempeaquae* Thu.

14. *voxque*] *bisque* ms. Salm. *usque* ms. Voss. *visque* Thu.

15. *vitea musta*] i. e. der junge Wein. Vitea musta dicitur ut mua olei apud Plinium XV. 1. *Consequens olearum vindemia est, arsque d maior, olei musta temperandi* i. e. oleum recens.

*vincta*] H. *iuncta* ms. Voss. vulgo. *iunctas* ms. Salm.

17. *nota tigilla linit — nota tigilla linit*] mss. Salm. Voss. Thu. *am motacilla canit — iam motacilla canit* vulgo.

*garrula luce*] i. e. per totum diem. An *garrula voce?*

19. *iucunda*] cum a B. verbum desideraretur, mutavit

*Sub platano viridi iucundus somnus in umbra.*

ed *texuntur*, quod in versu sequenti est, per zeugma ad *somnus* intelgi potest, *somnus texitur* pro capitur. Si cui hoc durum videatur, lienter accipiet coniecturam hancce:

*Sub platano viridi iucundat somnus in umbra.*

Nam *iucundare* Lactantius aliique sacri scriptores, quibus Pentadiu que adnumerari debet, frequenter ponunt, teste Bünemanno ad L IV. 6.

*somnus*] *summimus* Thu.

20. *viridi*] *viri* Thu.

21. *fila recurrite fusis*] i. e. sic properent anni, so mögen d den des Lebens der Spindel enteilen; *recurrere* ut ap. Hora II. 1, 147.

*Libertasque recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter.* *fusis* est pro de fusis, ut ap. Virg. Geo. IV. 348. *Fusis mollia devolvunt.*

## 253.

Anth. II. 257. Vetus est inscriptio *Epigramma de pastori Citerio Sidonio oratore factum.* Citerium Sidonium eumdem e Citarium Siculum Syracusanum, grammaticum Burdigalensem, *quem* Professores nominat Ausonius epigr. XIII. adnotarunt Vinetus, S Burm., Wernsd. in Poet. T. I. p. 574. Sed Torremuzza in Inscr Siciliae Panormi 1784. p. 305. epigramma suspectum et recens esse

1. *Theon*] *Theo* ms. Voss.

*monte*] *colle* ms. Voss. 2.

2. *Sabino*] *Sabina* ms. Voss. ut v. 3. *Sabine* ms. Voss. 2.

3. *vite Sabine*] versum spurium censebat Schraderus, quia Sa casu quinto interseritur inter *Almo*, *Theon* et *egerat* (Ex Add. B II. p. 729.). Defendit verborum rationem Wernsd.

6. *melodes*] ms. Voss. *melodis* ms. Voss. 2. *melodus* vulgo.

[redacted]

3. *illius*] Homeri Maeonii.

*miretur*] ms. Hamburg. *miratur* vulgo.

4. *at minor*] Homeri carmina maiora sunt quam Virgilii, sed Virgilius plura poëseos genera quam ille excoluit.

*mage*] ms. Barthii. *bene* vulgo.

5. *desit*] ms. Voss. *non pastor, miles, nec curvus deerit arator.* vulgo. Hoc distichon deest in ms. Gothano, teste Dübnero.

6. *trina mihi*] Virgilius complectitur tres poetas graecos, Homerum, Theocritum, Hesiodum: in omnibus enim generibus, in quibus hi singuli excellunt, ille princeps fuit; ac continet tantum ingenium, quantum in tribus illis poetis distributum est.

## 255.

Anth. II. 177. *Alcinii* ms. Voss.

1. *qui*] *quis* Heyn.

## 256.

Anth. II. 178. Inscribitur vulgo *Alcinoi de Virgilio.* — *Alcimi de Virgilio* ms. Thu. 8069.

2. *tunc*] Thu. *tum* vulgo.

3. *at si*] Thu. *et si* vulgo.

## 257.

Anth. III. 211. Wernsdorf. P. L. Min. T. VII. p. 134. Alcimi vel Alcinoi nomen inscribitur.

1. *puniceum — malum*] i. e. malum Punicum, der Granatapfel oder Liebesapfel, il pomo di zitto. Veneri sacra erant et amoribus inserviebant. V. Böttigeri Sabina T. II. p. 72.

3. *Cydonia*] int. mala, Quittenäpfel, quae itidem Veneri et Cupidini sacrata erant.

5. *Amarylli*] ex Virg. Ecl. II. 52.

7. *mora*] de moris in fabula Pyrami et Thisbae v. supra epigr. 190, 10.

9. *misit*] *misi dente levi paulo libata placenta*
*nectare, de labris dulcia membra suis.*
ms. Bineti.

*dente levi p. libata*] v. Böttig. Sabina T. I. p. 222 et 264.

11. *nescio qui*] ita scripsi, i. e. quomodo. *nescio quid* vulgo.

12. *spirans*] *spirans Cecropio dulcius ore thymum* B. *spirat Cecropio dulcior aura thymo* Oudend. Add. T. II. p. 746.

## 258.

Anth. III. 212. Hendecasyllabi.

## 259.

Anth. III. 259. Eidem Alcimo tribuit Wernsdorf. in Poet. L. Min. T. VII. p. 22. et T. III. p. 406.

2. *ne candida* etc.] ms. Divion. *nec candita ledas hurncuibus* ... mss. Salm. Leid. *nec candida laedas in quibus ora vide* Salm. ad Trebell. Poll. Gallien. c. 11. T. II. p. 214. *nec candida* vulgo.

## 260.

Anth. V. 150. Alcimo inscribitur in notis Variorum ad Ovid. I. Fast. 455. ed. Cnipping. *De capone fassanatio* ms. Salm. *de capone fassanario* ms. Voss. *de caupone fassanario* Thu. 8071. *de capone phasiano* B. idque edidi. *De gallo gallinaceo* vulgo.

1. *praefulgunt*] mss. Voss. Thu. *praefulgent* vulgo. Formam antiquam et poeticam praetuli.

2. *crista riget*] *crusta* ms. Voss. *ridet* Thu.

3. *inguina*] Thu. *incuina* ms. Salm. *ungua* ms. Voss. *ungula* vulgo.

4. *Paestanis*] *paestaniis* ms. Salm. *pestaniis — roris* Thu.

5. *distinguit*] Plin. H. N. VIII. 18. *Albis maculis rutilum colorem distinguentibus.*

6. *plumea*] mss. Salm. Voss. Thu. Scalig. *ignea* vulgo.

## 261.

Anth. II. 114. Hendecasyllabi. Extat in Sidonio Apollinari Epist. V. 8. *Sed triplicibus trochaeis nuper in metrum hendecasyllabum compaginatis nihil ne tuo quidem iudicio simile fecisti —, ut mihi non figuratius Constantini domum vitamque videatur vel pupugisse versu gemello consul Ablavius, vel momordisse disticho tali clam Palatinis foribus appenso. — Quia scilicet praedictus Augustus iisdem fere temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filium Crispum frigore veneni.* — Ablavius cum Annio Basso consul fuit a. u. 1085. p. Chr. 331., ut ex fastis Relandi pag. 330. cognoscimus. Zosimus in hi-

[redacted]

:ulo Ausonii, qui eius elogium in Parentalibus Carm. III. et in Professoribus
:. XVII. scripsit, vindicant.

5. *tanto*] *tanti* B.

15. *facis*] fuco adhibito. Ex hac elegia totum mulierum Romana-
um ornatum luxuriamque cognoscimus.

19. *obducta*] Eldick. Spec. Suspicionum p. 219. ut in Anth. III.
114. *occulta* vulgo. *occultas candenti veste papillas* Oudend.

30. *nec qui*] i. e. non is sum, qui te, tam eximiam puellam, invitus
met.

32. *nec qui te*] *nec prae te* Oudend. Explicat Wernsd.: nec qui
e tum demum vellet amare, si esset dea rosea vel ipsa Aurora.

33. *possent — possent*] an *possunt — possunt?*

37. *candidiora, recenti Sed*] sic interpunxit Wakef. ad Lucret. III.
59. vulgo interpungitur post *recenti*.

40. *posuere*] ut Seneca dicit *nives posuit bruma*.

45. *alba ligustra*] ligustrum Italicum (die Rheinweide) in hortis
olitur floresque habet candidissimos.

46. *fixa*] i. e. se erigentia in caespite.

48. *vulsa suis*] B. *vulsa tuis* vulgo. Rosa spinis non vacat.

52. *haec quamvis*] *quamvis haec* Wernsd.

*moverit*] v. Mitscherlich. ad Horat. C. II. 4, 4.

62. *deum*] *Iovem* B. ne par sonus inter *deum* et *eum* existat. In
Ovidio autem multa iam huius mollitiei exempla inveniuntur, ut in
Amor. III. 5. v. 2, 4, 10, 18, 34, 42, 46.

63. *opima*] *prima* B.

68. *et te*] legendum *tete*.

74. *regna perire*] si tu cum deabus contendisses, te, non Venerem
aris praetulisset, tum regnum non perdidisset Priamus.

86. *prae tribus*] Eldick. Spec. Suspic. p. 218. *de tribus* vulgo.

*a Paride*] Rivinus. *a Paridi* vulgo et Wernsd., qui metro
otius putat. At forma ista in hoc nomine inaudita est et brevis syllaba
commate priore pentametri a Terentiano M. v. 1778. admittitur. Nec
iter in v. 82.

92. *sollemnis*] *praepollens* vel *sublimis* B.

## 263.

Anth. I. 136. Wernsdorf. in Poet. L. Min. T. II. p. 389 et 451.
lures Palladios oratores ac poetas enumerans, illi hoc de Orpheo car-
ien tribuit, cui poesi et carminibus claro, monumentum ab Iulio Nice-
horo, patre, positum extat in Anth. IV. 220. *Ut te, Palladi, raptum
evere Camenae, Fleverunt populi, quos continet Ostia dia.* Idem rhe-
or fuit et Symmachi familiaris, ut ex eius epistolis novimus. I. 15. 94.
I. 50. Alter Palladius longe serioris aetatis inter poetas scholasticos
it, quorum carmina infra editurus sum. *De Orpheo Palladius* mss.
oss. Petav. Versus Archilochii, quales apud Horatium I. 4.

2. *acrium*] *atrium* mss. Voss. Petav.
5. *modos*] *modo* mss. Voss. Petav.
6. *umbram*] *umbra* mss. Voss. Petav.
8. *docti*] *doctam* mss. V. P.
9. *placidis*] *placudis* ms. P.
*mitigavit*] *mitigarit* mss. V. P.
12. *expolivit*] *expoliavit* mss. V. P.

## 264.

Anth. III. 161. Inter epigrammata Magni Felicis Ennodii legitur. *pavit*] i. e. qui numquam quemquam convivio accepit. Salmasius ad Spartiani Hadrian. c. 17. T. I. p. 161.

1. *deposcite*] *deponite* ms. Salm.

## 265.

Anth. II. 137. Sequuntur deinceps aliquot *epigrammata*, quae Q. Aurelii Symmachi oratoris esse feruntur. Sed in *primo statim eorum* huic opinioni occurrendum est. Id ipsum enim Symmacho oratori tribui non potest. Annorum namque ratio id non permittit. Symmachus Aurelius ab anno circiter 370. usque ad 400. p. Chr. floruit, Boethius vero anno demum 524. diem supremum obiit. Nihilominus autem Symmachus quidam hos versus composuit, et in eo tantum vulgo peccant, quod uni eidemque Symmacho haec epigrammata vindicant, ut etiam Saxius in Onomast. T. I. Praef. p. XXXI. in catalogo poetarum Anthologiae Q. Aurelium Symmachum solum recenset. Id igitur aut Q. Aurelius Memmius Symmachus, consul a. p. Chr. 485., socer Boethii, qui librum de S. Trinitate adversus Nestorii et Eutychetis errores inscripserat, fecit, aut, quod vero magis est simile, Q. Aurelius Anicius Symmachus, nepos eius, quem modo nominavi, consul cum Boethio filio a. p.

[redacted]

m mihi inolevisset affectio, cetera, quae visenda sunt, displicerent. i Acindyno conditori eiusque maioribus ametra verba libavi, et :turae licentiam, quae vestitum disparem singulis tribuit, in ratiom coegi. Acindynus consul fuit a. p. C. 340., u. c. 1092., et prae:tus praetorio Orientis, quod versu 4. indicatur.

1. *Attica palla*] philosophorum est ornamentum.

*toga picta*] triumphantium fuit consulumque sub imperatoribus. stus s. v. *picta*. *Picta quae nunc dicitur toga, antea vocabatur purrea, eratque sine pictura.* V. Forcellin. v. *pictus*. Salmasius ad Voici Carinum Imp. c. 20. T. II. p. 853. Creuzer. Antiquit. p. 186.

2. *sacris*] i. e. pontifex erat. *sophis* Barth. Adv. XXX. 8.

5. *si*] *sed* ed. 1653.

*pictura*] hi versus a Symmacho ad illustrationem picturae comnebantur, in qua Acindyni socer, Acindyni pater, Acindynus ipse conciebantur, cuncti ornatu proprio ac conveniente praediti. Id ex epist. mmachi patris (l. I. op. 2.) novimus. „*Quid enim concinnius epistola t, quam nuper accepi? quid versuum admistione iucundius? Quod nam sensus aliquis eorum superest, quorum imaginibus praescripta lemus epigrammata! Facile laudabunt tales successores laborum rum, qui picturae nitorem pulchrioribus versibus illuminarint.* Al- Atticam pallam, alter pictam togam, tertius paludamentum gerebat, d Symmachus his verbis in ep. 1. intelligit: *picturae licentiam, quae titum disparem singulis tribuit, in rationem coegi h. e. causam rei illustravi.* — *praetura* vulgo invitis mss. In pictura deerant :es sive insignia consularia Acindyni, unde dicit *Si fasces pictura et.*

## 267.

Anth. II. 144. Symmachi oratoris est, et extat in Epist. eius I. 1. rnsd. Poet. T. IV. p. 550.

2. *eruta*] *fer ut ager sone deiulare tergemini* ms. Scioppii. *Eruta emini de lare Gerionis.* Iuretus. *eruta Geryonis de l. t.* Lipsius ad it. Ann. XIV. 4.

3. *Boaulia*] Lipsius. *Boalia* vulgo.

9. *Acindynus*] Flavius Septimius Acindynus consul a. p. Chr. 340., uo supra.

10. *Orfitus*] Memmius Vitrasius Orfitus, de quo Valesius ad Am. Marc. XVI. 10. et B. ad h. l. agit.

11. *iuvenile decus*] i. e. iuvenum decus. — *iuvenale d.* ed. 1653. *nile decens* Wakef. ad Lucret. I. 120. *vulgo decus constructione* z.

12. *bisseno — fasce*] Symmachus de semetipso loquitur, et consu- suum a. 391. intelligit, quia duodenos fasces habebant consules.

13. *sed*] ed. 1653. *si* vulgo. Sed Baulorum deliciae nondum ad

otium te allicere possunt; iuvabit enim, dum iuvenis es, laboribus vacare reipublicae.

## 268.

Edidi ex Symmachi Epist. I. 8. Wernsd. T. IV. p. 552. coll. T. I. p. 276.

2. *Gauri*] Heins. ad Ovid. Met. X. 558. et ad Silium XIV. 409. *guttur* mss. *vite* Iuretus. — Gauri montis summa consita esse vinetis, medium fumare ignitis vaporibus, ima allui dicit h. e. sinu Baiano, quem inter et Gaurum montem lacus Lucrinus. Wernsd. T. I. p. 277.

4. *media incoquit*] H. *medium coquit* ms. Scioppii. Iuretus.

5. *ima*] *iam* ed. 1653.

6. *Thetis*] duabus brevibus, ut solent poetae. *Tethys* Wernsd. T. IV. p. 553., errore, quia id nomen primam longam habet.

*vagae*] H. *Baiae* vel *Baia* edd. Sorores Thetidis sunt Nereides.

9. *Amathusias renidens*] i. e. Venus renidens vel ridens. H. *Amathusiam* ms. Iureti. *Amathusium* ed. 1653. *Amathusias*, *adis* alibi non legitur; v. intpp. ad Ovid. Met. X. 227. — Venus ad lacum Lucrinum templo colebatur, unde *Lucrina Venus* ap. Stat. Silv. III. 1, 148.

10. *et vaporis*] Venus, quae ad lacum Lucrinum adorabatur, praeses erat huius regionis. Sinus Lucrinus ac mons Vulcanus, in cuius vaporantibus cavernis balnea calida latebant, in eius tutela fuere. — *et leporis* H. *et saporis* Burm. ad Petron. cur. secund. c. 5. B. ad Anth. II. 144. T. I. p. 327. inprobante Wernsd. T. IV. l. l.

## 269.

Anth. II. 145. Quinque sequentia epigrammata patri Q. Aurelii Symmachi oratoris tribuuntur, qui in epist. ad filium I. 2. scribit: *a nobis quoque accipe bonorum aetatis meae exarata nuper elogia.* — *Sed quae prima compegi, interim pauca misi, obtestatus te per deum, ut, si* [redacted]

1. *non oneravit*] tamquam indignos gloria avita.

2. *decore*] ed. 1653. *decorem* vulgo. *decorum* Oudend.

5. *Poplicolarum*] *Publicolarum* vulgo.

6. *erat*] *erit* ed. 1653.

*non deinde*] *non deinde timebis* ed. 1653. *et quamquam reve-ndus, eum non deinde timebis.* Barth. Adv. XXX. 8. *non inde timen-bis* Oudend.

## 271.

Anth. II. 147. Annius Anicius Iulianus consul a. Chr. 322.

2. *praeluxerit Annius*] ms. Fuldanus. *praeluxerit ammus unus* ms. lesser. *praeluxit Anicius* ex coni. Scioppii Iuretus. vulgo. Sirmondus docet, ex inscriptionibus probari, *Anicium* aut *Annium Anicium Iulia-num* aut *Amnium Anicium Iulianum* vocatum esse.

4. *hic et carus erat*] int. ex anteced. *hic cunctis carus erat.*

## 272.

Anth. II. 148. Petronius Probianus cos. fuit cum Anicio Iuliano a. Chr. 322.

1. *quos*] ed. 1653. Oudend. *quod* vulgo.

5. *adsiduus*] ultima arsi producitur.

*hospes*] Augustis hospes hic dicitur de praefecto Urbis, ut B. ad Eleg. in obit. Maecen. v. 27. docuit: *Num minus urbis erat custos et Caesaris hospes?* Itidem in Grut. Inscriptt. p. CVII. 8. *hospes Ti. Cae-saris Aug.* invenitur.

6. *tetulisti*] Supra II. 112. *Si talem Graium tetulissent fata poe-tam.* — *retulisti* ed. 1653. falso, cum *re* in praeterito verbi *referre* producatur.

## 273.

Anth. II. 149. Lucer Verinus sub Constantino Magno Vicarius Afri-ae fuit et praefectus Urbi.

5. *morum*] Supra II. 146. *ponemus Proculum, vitae morumque de-cus*, ut vulgo legitur.

4. *nisi in officiis*] i. e. nisi munera reipublicae te impediebant.

## 274.

Anth. V. 115. Wernsd. Poet. T. IV. p. 499. Auctorem esse ho-rum versuum Sedulium, in commentario, quem cum Burmanno communi-cavit, docuit Gerardus Meermannus. Extant in *Dicuili libro de mensura orbis terrae*, qui ex duobus mss. Bibliothecae imperialis anno 1807. Pa-risiis primum a Car. Athan. Walckenaer editus est. Dicuilus Hibernus vel Scotus natione secundum Meermannum a. C. 711. obiit, Walcke-naer vero in praefatione p. 11. nono Dicuilum saeculo vixisse putat, librumque de mensura orbis terrae anno 825. tempore sativo exarasse; quod ex fine libri apparet:

Post octingentos viginti quinque peractos
summi annos Domini terrae, ethrae, carceris atri
semine triticeo, sub ruris pulvere tecto
nocte bobus requies largitur fine laboris.

De argumento versuum Sedulii pluribus locis disputat, pag. 3. I *decimo anno regni imperatoris Theodosii praecepit ille su provintias orbis terrae in longitudinem et latitudinem mensur* inde p. 12. *Duodecim versus praedictorum missorum, de i Theodosio hoc opus fieri, incipiunt.* et p. 13. *Non debet mir in primo loco septimi et octavi versus istorum amphimachrus est; quoniam, ut reor, non imperitia, sed auctoritate aliorum rum et maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simul* imitatus est) *Sedulius, qui raro pedes* n o n *alienos ab illis i carminibus posuerunt* (i. e. qui interdum amphimacris usi sunt scimus, Sedulium in Achaia conscripsisse tempore Theodosii libros, imo Theodosio ipsi dedicasse librum.

1. *quo mundi*] *mundi quo* ms. Pithoei.

2. *quo montes*] *quo et montes* ms. Pi.

*freta, portus*] *portus, freta* Walckenaer.

5. *pius, totus*] sic interpunxi. i. e. ac quem totus orbis pe vix capit, pius Theodosius. — *ac per secla pius, totum quem orbis* vulgo. *ac per saecla, pius totus, quem vix capit orbi* iungens *pius totus.*

6. *Theodosius*] Walck. *Theudosius* vulgo.

7. *confici*] ab amphimacro incipit versus 7. et octavus. *quinis* ms. Pithoei.

*cum*] ms. Pith. Walck. *dum* vulgo.

*fastibus*] fastus hic pro fastibus sive fastis Imperii p Theodosii iunioris quintus decimus regni annus incidit in a.

[redacted]

2. *vetitam*] *hanc mensam indigne noverit esse suam* ms. Possidii. *nc mensam indignam noverit esse suam* ms. Guelf. *hac mensa ingnam noverit esse suam*. Oudend. Maius.

## 276.

Edidit Duebnerus in Iahnii Ann. 1828. p. 315.

## 277.

4. *adhuc poenam*] *adhuc sensus* ms. Leid. *et in lapide*] ms. Divion. Oudend. i. e. *etiam lapideus Philoctetes sentit poenam.* — *et in lapidem* mss. Salm. Leid. *et inde lapis* lgo. *et ipse lapis* M. Wakker. p. 149. Iacobs. Spec. Emend. p. 69.

## 655.

Anth. I. 126. *Totum carmen recentius aevum redolere videtur.* otz.

prioribus versibus funestum odium Eteoclis et Polynicis fratrum , quod utrique mortem attulit. Huic opponitur in reliquis ver- icitia Polynicis et Tydei, qua post longas discordias fidissime i. Ac Barthius ad Statii Theb. II. 365.: *Tydea iam socium iam pectore fido Aequantem curas (tantus post iurgia mentes amor) socerumque affatur tristis Adrastum* — scholion affert Ovidii, ubi legitur: *Quatuor vel paulo plura verorum amicorum fuisse apud maiores leguntur, ut Theseus et Pirithous, Pylades stes, Tideus et Polynices, Nisus et Eurialus.*
sensus epigrammatis obscurus non est. Med. Wakker. in Amoen. aberravit a vero intellectu. Dicit enim: „turpissime hoc epi- inquinatum est, ita tamen, ut auctori sua verba facile reddi queant.

*Non post longaevos discordia deserit annos,*
*aut per commissas iunxerunt foedera dextras,*
*constantis dederunt documenta frequentia moris.*

persequi non vacat, nam poetaster hic indoctus ulteriorem moram retur, qui inepte etiam Eteoclem et Tydea confundit."
3. *dissidiis indiscissis*] *dissidiis illi saevis* Klotz. in Antib. p. 69.
*saepe*] *saevi* B. Add. T. II. p. 710., quod probo.
*non una*] *mox una* Piersonus Add. T. II. p. 710.
7. *constantis dederunt* etc.] B. *constantis documenta frequenter* *dederunt* ms.

## 665.

Anth. I. 138.
*Aërio*] *erio* mss. Salm. Leid. *Pierio* ms. Divion.
*nativusque*] *natibusque* mss. Salm. Leid. *natibus usque* ms. Div.
*fulgor ab artifici est*] Piersonus Add. T. II. p. 710. *fulget ab figis* mss. Salm. Div. *fulget ab arte fides* Cannegieter. *limavit in* *Arboris atque hominis; fulget ab artifice.* Nagelius in Opusculis ii p. 191.

## 666.

Anth. I. 143.

## 667.

Anth. I. 144.

## 668.

Anth. I. 145.
*scrutata*] i. e. inspecta, speculata. Ihn überwältigt die Woge, mit dem eignen Auge angeschaut. *scrutada* ms. Leid. *vibrata* *strata* Oudend. *secreta* Iacobs. in Exercitt. crit. p. 87. ut in se- epigr. v. 13. *secreti ad fluminis undas.*

## 669.

Anth. I. 146. Cento Virgilianus.
*sacros*] *sacro* ms. Salm. *Laude ferebat* est laudabat.
*insignis*] *et insignis* — *vivebat* ms. Salm.

1. *Ulixis*] *Ulyssis* ms. Div.

2. *servat herile decus*] Heins. *servat erilire decus* ms. Salm. *servat ut ante decus* vulgo.

## 678.

Anth. I. 157. In picturam Myrrhae patrem fugientis.

5. *in fruticem porrecta*] Andr. Rivinus. *in fruticem proiecta* vulgo. *in fontem proiecta* ms. Barthii in Adv. XVI. 1.

6. *lympha l. fugit*] *sic quoque non certo Myrrha liquore fluit* B. *nec quoque nunc certo Myrrha liquore fluit*. Andr. Rivinus.

## 679.

Ex Add. T. I. p. 725.

1. *Tirynthius heros*] i. e. Hercules.

## 680.

Anth. I. 158.

1. *thoris vim proh deserta*] Oudend. *thoris qui profert deserta* mss. Salm. Div. Leid. *thoris quoque vim deserta* D'Orvill. „*Vis* de violenta nece intelligitur, quia Calypso, licet dea, taedium absentis amantis, Ulixis, morte finivisse a quibusdam traditur." B.

2. *infensis*] D'Orvill. *inpensis* vulgo.

## 681.

Anth. I. 159. Epigramma in statuam pictam Daphnae.

1. *servavit*] ms. Div. *servabit* vulgo.

3. *iunctae ars*] elisione neglecta. i. e. ars sculptoris et pictoris coniuncta. — *mirum iunctis* B. *mirum coniuncta* Klotz. Antib. p. 70.

*decorem*] *colorem* ms. Div.

## 682.

Anth. I. 160.

1. *Deïdamia*] *Deïdamia parem qua coepit nocte mereri,*
*perdidit hac dulcem Deïdamia parem.*

Ruhnkenius ap. M. Wakker. p. 155.

*Deïanira virum qua coepit veste mereri,*
*perdidit hac dulcem Deïanira virum.*

M. Wakker. p. 154.

2. *hac*] B. *ac* vulgo.

## 683.

Anth. I. 161.

5. *quid valeat*] i. e. quam sit potens.

6. *in vico*] *post regnum invita fauce latravit anus.* Oudend. Add. T. II. p. 711. et ad Appuleium T. I. p. 576.

## 684.

Anth. I. 162.

1. *Thoantis*] *Θοαντὶς, ἴδος*, adiectivum est, non genitivus substantivi *Thoas*, ut D'Orvill. opinabatur. Similiter Hypsipyle Thoantis dicitur apud Statium Theb. V. 650 et 700.

## 691.

Anth. I. 122.

2. *Hypermnestrae*] int. *nox*. *Hypermnestre* ms. Salm.

## 692.

Anth. I. 124.

1. *pendente*] *Vectum Pegaseo volucri pendere caballo*
*compita senserunt Bellerophonta deûm* vel
*Vectum Pegaseo volucri pallere caballo*
*compita senserunt Bellerophonta deûm*.

Wakker. Amoen. p. 147.; *pendere* est volare, *pallere* autem interire.

## 693.

Anth. I. 112. Hieronimus Athostinus in suo Chronico Estensi antiquitatem huius epigrammatis in dubium vocat. Cento Ovidianus.

1. *est via*] ex Ovid. Fast. II. 679.

2. *fons ubi*] Ovid. Ars Amat. I. 82.

4. *curvis locis*] *tholis* Schrader. *variis curva theatra locis* Oudend. *variis curva theatra locis* B., qui locos de sedilibus et ordinibus spectantium intelligit.

5. *Athesis*] fluvius Venetus.

*Phrygii - Iani*] *Phrygiique palatia Iuli* Schrader. ut ap. Lucan. III. 213.

8. *qua fert*] ex Ovid. Fast. I. 638.

## 694.

Anth. I. 111. Haec inscriptio Lupati, Petrarchae aequalis, esse fertur.

1. *vox nisa quietem*] *inclitus Antenor patriam monuisse quietem vovisse*. Oudend. *Inclitus Antenor patriae, vox nisa quietem* Bern. Ardeonius.

## 695.

Anth. I. 89. Wernsd. Poet. lat. T. III. p. 56 et 347. — *Verba Phillis in parte nona* mss. Salm. Div. Leid.

19. *cum m. tum m.*] *cum m. nunc m.* ms. Salm. *tum mens, nunc umbra sequuntur* Klotz. in Antib. p. 68.

22. *pellat, et in gracili*] *pellat, et hinc gracili* Schrader. Add. T. II. p. 723.

31. *ac dubios*] B. *haec dubios* vulgo.

41. *cum novus effusos*] ms. Divion. *cumque novus fusos* vulgo. *cumque novus fessos* vel *versos* Higtius Add. T. II. p. 708. — *cumque novus visos* M. Wakker. p. 140.

43. *caesorum*] B. *cultorum* vulgo.

44. *referat: Cum te*] *regerat; quum te* Schrader. *referat, cur te* Oudend. *referat, quae tu praesaga* vulgo. *referat, quae, quum praesaga* i. e. referat quis, quae mater retulit, quum etc. Wernsd.

47. *maluit*] metro invito. *voluit* vel *caluit* Schrader.

## 699.

Anth. II. 6. *De Tomyri* B. *De eodem* i. e. Cyro, ms. Huydecoperi.

3. *Spargapise*] ms. Huydecoperi. *Sargapise* vulgo. *Σπαργαπίσης* est ap. Herod. I. 211.

*popularier*] *populariter* ms. Huydecop.

4. *quam*] i. e. quantum Tomyris irata valet. — *Thamyris* ms. Huydec.

## 700.

Anth. II. 4.

1. *ne stola*] *te stola* vulgo.

3. *viro*] Nino.

4. *nato*] Ninyas enim filius matri insidiatus est.

## 701.

Anth. II. 7.

## 702.

Anth. II. 15.

2. *res brevis*] *cui nimis angusta res fuit ampla nimis* ms. Vossii.

## 703.

Anth. II. 16. *De morte omnes aequari* mss. Voss. Scalig. inscribunt.

1. *fortunae*] *fortunam* Francius. B.

3. *memorabile*] *positum (miserabile!) corpus* B.

## 704.

Anth. II. 8.

1. *quas*] *quam* ms. Huydecop.

2. *Hespera*] Diodor. III. 54. *Μυθολογοῦσι, τὰς Ἀμαζόνας ᾠκηκέναι νῆσον τὴν ἀπὸ τοῦ μὲν πρὸς δυσμὰς ὑπάρχειν αὐτὴν Ἑσπέραν προσαγορευθεῖσαν, κειμένην δὲ ἐν τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ.*

*Myrinam*] reginam Amazonum.

## 705.

Anth. II. 10.

3. *Hectoris*] v. Dares Phryg. III. 15.

## 706.

Anth. II. 11. Iterum editum Anth. V. 193.

2. *blandas*] Oudend. *blandas fulgebant flammas* ms. Voss. *blandis* a. m. 2. — *blanda* vulgo.

3. *per colla*] *procella* ms. Voss.

4. *colores*] *dolores* ms. Voss.

5. *omnia rident, q. habet i.*] *omnia rident, quidquid habent iuvenis* ms. Voss. *fuulvus pople erat nitidus pes omnia habebat eridens quid habet iuvenis* mss. Salm. et Voss. alter. *omnia habebat quidquid habet iuvenis* ms. Divion. vulgo, quod languet.

6. *solus*] *cullus vincebat Adone* ms. Voss. *cultu vincebat Adonin* B.

## 714.

Extat in ms. Gothano, ubi *Manilius* inscribitur.

4. *torquis*] *torques* ms.

## 715.

Edidit A. Maius ac Duebnerus.

2. *dum*] *cum* Duebner.

3. *scaevaque*] *saevaque* ms. Goth.

5. *sacrata*] *sacrato* ms. Vat.

6. *hostilibus*] ms. Goth. *crudelibus* ms. Vat.

## 716.

Edidit A. Maius et Duebnerus. Inscribitur *Marcus Curius Dentatus*, sed legendum est *Manius Curius Dentatus*. In ms. Goth. *Cirenius* pro *Curius* est.

5. *licet ingentis*] In *licet* fit longa postrema syllaba propter caesuram. Maius. *licet fugientes* ms. Goth. *licet fugientis* Duebner.

6. *lato*] i. e. oblato.

*Samnitum*] *Sanito pertulit* ms. Goth.

## 717.

Edidit Duebnerus.

2. *Quintius*] *Quintus* hic et in inscriptione ms. Goth. *Quinctius* Duebn.

3. *penderet aratro*] pendere aratro ut pendere studio, labore, pro operam dare alicui rei.

## 718.

Edidit A. Maius ac Duebnerus. *Gaii Fabricii Licinii epitaphium* ms. Goth.

2. *renuit*] *sprevit* ms. Goth.

3. *sprevit*] in ms. Goth. hic versus quarto loco legitur.

4. *locupletia*] ms. Goth. *locupletis* ms. Vat.

5. *ministrum*] Fröhlich. *magistrum* ms. Vat. nec aliter ms. Goth. *mgrm*. *ingratum* Duebner.

## 719.

Edidit A. Maius et Duebnerus.

1. *vir fuit*] hic versus initium alius epigrammatis est. Duebn.

*torvus*] ms. Goth. *totus* ms. Vat.

2. *egregius, belli p.*] *egregius, vir bello clarus* ms. Goth.

5. *is quoque*] ms. Goth. *is qui* ms. Vat.

*fregerit*] *noverit* ms. Vat.

## 720.

Edidit A. Maius ac Duebnerus.

1. *Nero Claudius*] Is est C. Claudius Nero, de cuius moribus orationem habuit Cato Censorius. Conf. Fragmenta Oratt. Rom. p. 54.

2. *coniunctus Livio*] Claudius Nero consul fuit cum M. Livio Salinatore a. u. 547. *Livio* bisyllabum est.

## 724.

Anth. II. 46. Maiansius in epist. 1. volumini secundo Anthologiae raemissa pag. IX. epigramma fictum dicit.

1. *devicto*] *de voto Hannibale, capta Carthagine, de aucto Imperio os cineres marmore tectos habes.* ms. Cyriaci Add. T. I. p. 728.

2. *hoc*] *hos* Maiansius.

*habes*] *habet* in Miscell. Obss. V. I. T. I. p. 14.

3. *Europa*] ms. Moroni, Cyriaci, Maiansius. V. Santen. ad Terenanum p. 309. Anth. I. 73, 8. *Urania. Europe* vulgo.

4. *quam*] *tam* ms. Cyriaci.

*premit*] ms. Moroni, Cyriaci, Maiansius. *premat* Gruter. *tenet* 'annegieter. *tegat* vulgo.

## 725.

Ex Orellii Inscriptt. T. I. p. 150. Disticha antiquissima, in monuıentis Scipionum detecta. *Hic Scipio videtur fuisse filius Cn. Scipiois Hispali consulis a.* 578. Orelli.

1. *mieis*] i. e. miis vel meis, et monosyllabon pronuntiatur.

## 726.

Anth. II. 23.

5. *tu quoque*] v. Ruhnk. ad Velleium II. 1. p. 74.

## 727.

Edidit A. Mains et Duebnerus.

1. *genus*] ius imaginum hoc verbo significatur. Marius enim homo ovus fuerat.

4. *pompa*] *turba* ms. Goth.

5. *civilibus*] ms. Goth. *servilibus* ms. Vat.

6. *me Sullani — furoris*] *et mea Sullanos fregerunt arma furores* ıs. Goth.

## 728.

Anth. II. 22.

## 729.

Edidit A. Maius ac Duebnerus. *M. Cesius Scaeva* ms. Goth. *Gaius* '*caeva* ms. Vat. Freinshemius in Supplem. Livii l. 103, 70. *P. Scaevam* ppellat.

4. *Caesarei — valli*] *cesari* ms. Goth. Scaevae facinus, quod in efendendo Durachii castello praestitit, narratur a Caesare de b. civ. III. 53.

5. *praeclari*] *praedari* ms. Vat. Scaevae virtus, quae in praelio avali adversus Britannos patebat, celebratur a Valerio Maximo III. 2, 23.

## 730.

Edidit A. Maius ac Duebnerus. — *Quintus Gaius Pompeius* ms. Goth.

2. *Cilicas*] mss. Vat. Goth. metro invito. *Cilices* Duebner.

3. *vis*] *vix* ms. Goth.

*commoverat*] *promoverat* ms. Vat. *exul* Sertorius.

4. *bellorum*] *Gallorum* ms. Goth.

## 741.

Anth. II. 35. *De sacris evocatis animas Magnorum* mss. Voss. lig. *De sacris ad evocandum manes Pompeii* vulgo.

1. *praenoscere*] ms. Voss. *pernoscere* vulgo.

2. *religione Sapor*] ms. H. Scaliger, Scriverius, Valesius ad Ammum Marc. XVIII. 4. *Dum apud Sirmium haec diligentia quaerun- impensa, Orientis fortuna periculorum terribiles tubas inflabat. x enim Persidis ferarum gentium, quas placarat, adiumentis acctus, augendique regni cupiditate supra homines flagrans, arma vique parabat et commeatus, consilia tartareis manibus mien s et praestigiatores omnes consulens de futuris.* Quae ad Sapo- n nostrum humanaque eius sacrificia pertinere arbitror. Sapor enim rsarum rex appellabatur. — *impius infanda religionis aper* vulgo. *'andae religionis Aper* ms. Scalig. *apes* ms. Voss. Humana sacrificia n non amplius apud Romanos in usu fuere.

3. *pectoris ingenui*] i. e. pectoris humani.

*salientia v. flammis*] *sapientia v. flammas* ms. Voss. *sapientia* . Scal. *spirantia viscera* B. (non *spirantia exta* v. Add. T. II. p. 716.).

5. *ab Elysiis*] *ab e Libycis* mss. Scal. Voss.

8. *terris*] *terra* Francius.

## 742.

Anth. II. 36. *De insepultis claris* ms. Scalig. *de Pompeiis* mgo.

3. *Magnus*] i. e. Pompeius Magnus. *magnus et hoc homine maior sto qui procul a te* mss. Voss. Scalig.

*humano maior*] v. Ovid. Fast. II. 503.

*quam*] Heins. *qui* vulgo.

4. *adspicis — tuos*] ms. Voss. Scalig. — *adspicit, heu, cineres, oma, iacere suos.* vulgo.

## 743.

Anth. II. 232. ex Quintiliani institutt. VIII. 3, 29. Fragmentum st maioris epigrammatis, opinor, Virgilii.

## 744.

Anth. II. 48. *Mors Catonis* ms. Voss.

1. *invictum*] B. Oudend. *invictus* vulgo. Klotz. in Antib. p. 83., qui minativum pro vocativo positum accipit.

## 745.

Anth. II. 49.

2. *victa*] *vita* ms. Voss.

3. *qua*] *quo* Heins.

5. *involvitque*] *moram, voluitque* Heins. recte.

6. *scires ut ferro*] *sciremus ferro* ms. Voss.

*dederant*] legendum *dederunt* media correpta, ut in Horatii epist. I. 4, 7. *Di tibi divitias dederunt artemque fruendi.* v. Ramshorn. L. G. p. 1064.

7. *Germanos*] ut in praeced. epigr. *Germanos domui Caesar Gallosque potentes.*

10. *paricida*] prima brevi, quasi sit pro *patricida.* Cf. Laurentii Lydi de magistrat. I. 26.

*restinguere*] *restringere* ms. Vat.

## 754.

Anth. II. 64.

2. *armisque*] *animisque* B.

3. *iamque*] Gerh. Vossius. *namque* vulgo.

4. *ingens orbis*] ut II. 153. *Caesar, tantus eras, quantus et orbis.* — *quantum ingens genitor, qu.* B. *quantum ingens Orci, qu.* etc. Oudend. *quantum ingens Martis, qu.* etc. Iacobs. Spec. Emendd. p. 72.

5. *terras pontumque*] H. *fui mare trans pontumque* vulgo. *trans* corruptum est ex *terras; mare* glossema vocis *pontum.*

## 755.

Edidit A. Maius atque Duebnerus.

1. *dabit*] *dedit* ms. Goth.

*expromere*] *depromere* ms. Goth.

2. *Musa tuas*] ms. Vat. Fröhlich. Musa, quae mihi sancta (est), dabit grandes tuas laudes expromere.

6. *limina*] *lumina* ms. Goth.

## 756.

Edidit A. Maius.

1. *aquila*] v. Sueton. Octav. 96.

2. *victusque*] intell. *est.*

4. *ac*] *at* legendum.

## 757.

Anth. II. 67.

## 758.

Anth. II. 72. Inter carmina Michaelis Marulli legitur: quod iniuria fieri existimat B.

2. *ignotis*] v. Sueton. Calig. 3. *Sicubi clarorum virorum sepulchra cognosceret, inferias manibus dabat.*

3. *tumuli*] *tituli* in Marullo.

4. *admoneat*] i. e. tumulus eum admoneat vel in mentem eius revocet. *at moveat* in Marullo. Casaubonus. Cannegieter.

*patria*] Tiberius significatur, qui Germanici adoptivus erat pater. *patrua* Graevius. Idem intelligitur Tiberius, qui patruus quoque erat Germanici. *patriae* Pithoeus.

5. *at plenus*] Heins. *at plenus honorum* in Marullo. *et plenus* vulgo.

Dacica bellipotens cum fregerat Ulpius arma,
atque indignantes in iura redegerat *Arctos*,
cum fasces cinxere Hypanin, mirataque leges
Romanum stupuit Maeotia terra tribunal.

*Arctus* mss. Voss. Scal.

## 764.

Anth. II. 86.

1. *regem externum*] Tollius. Cannegieter. *legem externam* Heins. *regem. Aeternum* vulgo; nec aliter Bentleius ad Hor. C. I. 35, 30.

4. *tibi*] *sibi* Heins.

## 765.

Anth. II. 87.

1. *cingebat*] *tingebat* Oudend. Add. T. II. p. 717.

2. *erat*] *erit* mss. Voss. Scal.

3. *Dive*] *dibe* ms. Voss. Iulium Caesarem invocat, qui diis accensetur.

*tuum*] *tuo* — *coelo* Heins. i. e. unde generis originem ducebat Caesar, nempe ex Venere.

## 766.

Anth. II. 88.

1. *Mars*] Mars pater et Quirinus duplici nomine invocatur.

2. *positus*] *positi* Wakef. ad Lucret. IV. 347. „Illud ferri potest, sed nostra lectio longe facilior est."

*Caesar uterque*] i. e. Romulus et Iulius Caesar.

5. *adaperto*] *adoperto* Pithoeus.

6. *et iam*] *en iam* H. Sensus est: Oceanus nunc Romanus est, quia intra fines imperii Romani est. Similiter epigr. 768: *Adluitur nostra victa Britannis aqua.* — *nec iam Romani cingimur Oceano.* Wakef.

## 767.

Anth. II. 89.

## 768.

Anth. II. 90.

1. *coelo*] *mundo* Schrader.

## 769.

Anth. II. 91.

2. *cunctaque*] mss. Voss. Scal. *undique* H. *cinctaque* vulgo.

3. *vallaverat*] *velaverat* mss. Voss. Scal. *vallaverit* Wakef. ad Lucret. II. 538. „ne temporum concinnitas disturbetur."

7. *devicta*] *deficta* mss. Voss. Scal. *defixa* H.

*Germanice Caesar*] Gronov. ad Senec. Octav. 45. Tollius. Cannegiet. B. — *Germania, Caesar* Scalig.

9. *confundat p. ut pervia tellus*] mss. Voss. Scalig. cuius mg. *con-*

775.

Anth. II. 57. ex Suet. Caes. c. 49. Versus trochaici tetrametri ca-
·, nec aliter in ceteris, quae sequuntur, epigrammatis usque ad 779.

2. *Caesar nunc*] *nunc Caesar* vulgo.

776.

Anth. II. 59. ex Suet. Caes. 51. „Ernesti, qui duos versus non si-
l cantatos, sed aliis interpositis autumat, (eumque secutus est Bern-
in l. l. p. 11 sqq.), neglexit, Suetonium *de disticho* loqui.“ Baum-
ten-Crusius.

2. *aurum*] *auro in Gallia stuprum emisti: hic sumsisti mutuum.*
go.

*effutuisti*] per synizesin quadrisyllabum est. Santen. ad Terent.
p. 182.

*at hic*] *at* ex ms. Medic. 3. inseruit Oudend. Recte, nisi po-
; hi versus in duas partes singuli dividendi sunt:

*Urbani, servate uxores:*
*moechum calvum adducimus!*
*Aurum in Gallia effutuisti:*
*hic sumsisti mutuum.*

:sar in Gallia cum meretricibus aurum effudit, quod antea Romae mu-
m sumserat.

777.

Anth. II. 60. ex Suet. Caes. c. 60.

1. *ducit*] *duxit, inde in curiam* vulgo.

2. *deposuerunt*] quadrisyllabum per synizesin.

*sumserunt*] media brevi, cuius rei exempla dedit Naek. Allgem.
ılzeitg. 1831. II. I. p. 67.

778.

Anth. II. 61. ex Suet. Caes. 60.

1. *quia*] per synizesin monosyllabum; itidem in versu sequenti. *qui*
ıs.

*primus*] *primo* vulgo.

779.

Anth. II. 127. ex Scholiasta Iuvenalis in Sat. V. 3.

1. *aliud*] In *aliud, aliud, populus, voluerat, habeat, nihil, aliquis*
a pedis pars ex duabus brevibus constat.

*scriptum*] Weichert. in Poet. lat. Rel. p. 228. explicat: Sar-
:us habet aliud scriptum, n. quaestorium, ac populus voluerat, ut qui
et esse eum στιγματίαν propter fugam. — Sarmentus scriba erat
storius. Zellius (in Ferienschriften T. II. p. 165.) „Sarmentus, in-
, war eine bekannte lustige Person zur Zeit des Kaisers Augustus
bey diesem selbst als Lustigmacher und Possenreisser wohl gelitten.

2. *Mallia*] „*Malliam* non feminam intelligo, sed domum, in qua iste coetus habebatur.“ Baumg. *Manlia* vulgo.

3. *Phoebi-mendacia ludit*] i. e. Augustus Phoebum mentitur, simulat. — *mendacia ridet* vulgo.

4. *coenat*] i. e. Augustus cum convivis habitu deorum nova adulteria in coena facit: er tischt neue Buhlereyen der Götter auf.

6. *toros*] i. e. pulvinaria. *thronos* vulgo.

782.

Anth. II. 66. ex Suet. Octav. 70.

783.

Recepi ex Suet. Calig. 6. Cantus popularis ex trochaico tetram. catal. compositus. Conf. Zell. Ferienschr. T. II. p. 200.

784.

Anth. II. 75. ex Sueton. Tiber. 59.

1. *asper et*] *asper es, inmitis:* Heins.

2. *mater*] Livia, quacum inimicitias exercebat.

785.

Anth. II. 74. ex Suet. Tiber. 59.

1. *millia centum*] „i. e. ne quarta quidem pars census equestris, ut non opus sit emendare cum Lipsio: *quater et non sunt tibi millia centum.*“ Baumg.

2. *et Rhodos*] i. e. et, si omnia quaeras, Rhodos exilium est. Nec censum equestrem habes, et, si ultra quaeris, ne civis quidem es; Rhodi exul agis; und, wenn du alles wissen willst, so ist Rhodus dein Exil. *nomina si quaeras, en Rhodos* Heins. *omina si quaeras, en Rhodus* Cannegieter. Add. T. II. p. 717.

786.

Anth. II. 76. ex Sueton. Tiber. 59.

1. *Saturni*] intelligit Augusti imperium.

787.

Anth. II. 77. ex Suet. Tib. 59.

1. *fastidit*] Plin. H. N. XIV. 22.

788.

Anth. II. 73. ex Suet. Tiber. 59.

1. *Adspice*] Ut Sulla redux ac Marius redux atque Antonius redux multo manus suas sanguine civium temerarunt, sic Tiberium quoque, ex exilio redeuntem, caedem magnam facturum esse praedicit poeta.

*Romule*] i. e. Romane; saepe enim dicitur Romulus pro Romuleus. Infra *Romulae matres.*

4. *nec semel*] *non semel* vel *et simili* H.

## 796.

Anth. II. 106. ex Lampridii Alexandro Severo c. 38. T. I. p. 955. Vulgaribus rhythmis ad formam Phalaeciorum factis hos versus adnumerat Santenius ad Terentianum p. 183. Notandum enim, longitudinem syllabae *es* in *vides* et *as* in *putas* propter vulgarem rhythmum non respici. — Epigrammatis his verbis rationem reddit Lampridius:

*Et quoniam de lepusculis facta est mentio, quod ille leporem cottidie haberet, iocus poeticus emersit, idcirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporem comederint.*

2. *quem Syrum*] *quod Syrum detulit propago* mss. *quem de Syria detulit propago* Salmas. *Pulchrum quod Syra detulit propago* Obrecht.

4. *de quo*] mss. *ideoque* ed. princeps. *ex quo* vulgo. Lusus est in verbis: ex lepore oritur lepor.

## 797.

Anth. II. 107. Respondet Alexander Severus carmini praecedenti in eodem versuum genere.

6. *pulcher*] *pulcris* ms. Palatin. *Pulcris ne invideas livore mentis* Salm.

## 798.

Anth. II. 108. ex Capitolini Maximini c. 9. T. II. p. 27. *Mimus quidam in theatro praesente illo dicitur versus graecos dixisse, quorum haec erat latina sententia* etc. — Salmasius primum versum trochaicum, ceteros iambicos esse putat. Ego nullum in iis metrum inesse iudico, nec Capitolinus id consilium habuit. Quare hoc epigramma delendum erat.

1. *et qui*] *en qui* B. Si versus sunt trochaici, fortasse sic legendi erunt:

*Et qui ab uno non potest occidi,*
*a multis occiditur.*
*Elephas grandis est: occiditur;*
*et leo fortis est: occiditur;*
*tigris fortis est: occiditur.*
*Singulos si non times, cave multos.*

## 799.

Anth. II. 110. ex Capitolini Opilii Macrini c. 14. T. I. p. 769. *Opilium Macrum occiderunt cum puero suo Diadumeno, scilicet Antonino cognomine, de quo dictum est, quod in somnis Antoninus fuisset. Unde etiam versus extant huiusmodi* etc. *Et isti versus ex graeco translati sunt in latinum. Nam graece sunt disertissimi. videntur autem mihi ab aliquo poeta vulgari translati esse.*

5. *sed*] *nec* Salmasius.

5. *inde*] *inte* ms. Palat. *ante* ms. a. 2m.

6. *Pius*] Antoninus nominabatur *Marcus Antoninus Pius* Diadumenus M. Pius Antoninus dicebatur, sed Antoninus *Verus*

## 800.

Anth. II. 111. ex Capitolini Opilio Macrino c. 11. 763. *In eum epigramma illatum graeci cuiusdam poetae* *sio tare, quod latine hac sententia continetur. — Hos versus ne de Latinis iuxta eos, qui graeci erant propositi, in foro posuit acceptis Macrinus his versibus* (Ep. 459.) *respondisse fertur versibus Macrinus longe peioribus, quam illi latini sunt, respon credidit, sed non minus est risui habitus, quam poeta ille, graeco latine coactus est scribere.*

2. *inpius et felix*] „*Cum illum senatus* ***Pium*** *ac* ***Felice*** *cupasset, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit.*" Capitolinu pius ergo valet *non Pius*.

*sic*] *hic* Obrecht.

5. *dicique viderique: imp.*] mss. prob. Salmasio. *dici atque* *Cui imperium infelix* vulgo.

## 801.

Anth. II. 112. ex Capitolini Opilio Macrino c. 11.

1. *tetulissent*] mss. *retulissent* vulgo.

2. *Latinus*] prima longa.

*gabalus*] i. e. homo cruce dignus.

3. *magno*] *magno mihi* h. imperatori. Casaub. *mango* B. alioqui enim oratio corrupta est.

## 802.

Edidi ex Vopisci Divo Aureliano c. 6. T. II. p. 428. „Nih

mss. prob. Salmasio, qui saltatiunculam hanc in veros trochaicos redactam esse ab editoribus inprobavit. In v. 3. dicit, pronuntiandum esse *Mil' vivat, qui mille occidit* et in sequenti carmine *Mil' Sarmatas, mille Francos.*

## 803.

Ex Vopisci Divo Aurel. c. 7. T. II. p. 428.

1. *Mille Francos*] edidi ex recensione Santenii ad Terent. p. 185.

*Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus:*
*mille mille mille mille mille Persas quaerimus.*

vulgo.

*Mille Sarmatas, mille Francos*
*semel et semel occidimus.*
*Mille Persas quaerimus.*

mss. prob. Salmasio.

## 804 — 807.

Anth. II. 100 — 103. ex Spartiani Pescennio Nigro c. 8. T. I. p. 664. Sunt oracula quaedam, partim Delphica, partim vaticinia.

## 808 et 809.

Anth. II. 104. 105. ex Lampridii Alexandro Severo c. 14. T. I. p. 899.

## 810.

Anth. II. 109. ex Spartiani Pescennio Nigro c. 12. T. I. p. 679.

1. *Egyptiaci*] prima brevi: similiter *prĕmium* pro praemio in epitaphio Maximi Olibii: *ne premium tanti depereat laticis.* Conf. Schneider. Lat. Elem. T. I. P. I. p. 55. Supra epigr. 325. *quĕsumus.*

2. *Thebaidos socius*] Thebais pars Aegypti, provinciae Romanae, erat, idque iam inde a temporibus Augusti, ut adnotavit Casaubonus.

3. *gentes*] ultima brevi, cuius generis vitia multa in vulgaribus poetis inveniuntur, cum accentu potius quam quantitate pedes metiantur. — *Hunc rex, hunc gens omnis amant.* Oudend. Cf. B. ad IV. 20, 16.

5. *formavimus*] *sacravimus* Pithoeus.

6. *metalle*] totum versum ex ms. Palat. dedi. *Metallus* pro metallum graecorum imitatione dicitur, deinde metallus pro lapide est, ut in Anth. II. 116, 19. Sic Salmasius. *ut consentirent forma metalla tibi* vulgo. *ut consentirent furva metalla tibi* Casaubon. Oudend.

## 811.

Anth. II. 113. ex Trebellii XXX Tyrannis, Aureolo c. 10. T. II. p. 279. *Extat etiam epigramma graecum in hanc formam.* D o n a *etc. Hos ego versus a quodam grammatico translatos ita posui, ut fidem servarem, non quo melius non potuerint transferri, sed ut fidelitas historica servaretur.* Epigramma graecum legitur in Grutero p. 163. 2. et in Anthol. Palat. Iacobsii T. II. p. 827.

3. *tam cito — quisquam*] sic supplevit Etschlagerus apud Muratorium T. IV. p. 2011. n. 8. *tam cito tam stabilem Pallas vix conderet arcem*. A. Maius.

## 816.

Anth. II. 116. Inscriptt. Orellii n. 38.

1. *Patris*] Constantini.

6. *caesa*] *Caesar* Keysler Neueste Reisen p. 505.

9. *monebat*] Gruter. *moneret* vulgo.

13. *placido vexerunt aequora fluctu*] Gruter. Maius. *placido vecta est velocius Euro* vulgo. Pithoe. Orellius. Hoc supplementum abhorret ab adiectivo *placido*, quod animadvertens Eldickius altera interpolatione locum corrupit *rapido vecta est velocius Euro*. In Spec. Suspicionum p. 219.

14. *Tiberi*] Grut. Maius. *populo* vulgo. Orelli.

15. *Taporo*] Grut. Maius. *taetro* vulgo. Fulvius Ursinus. *Totila* Almeloveen. *Tauro* Ferretius. Scaliger intelligit Nepotianum, Constantini sororis filium, Constantii Chlori ex filia Eutropia nepotem, quem Tyrannum sub Constantio fuisse notum est. Alii, inter quos Orellius, Magnentium accipiunt, innitentes in Ammiano Marc. XVI. 10 et XVII. 4.

17. *spreti*] legendum videtur *spretum* int. donum. Valesius ad Ammian. XVII. 4. lacunam indicat *non fastu spret.. sed* etc. — *fastu spreto* Keysler.

19. *rufis*] Grut. *solidis* H. *rupes* B. idque probo, quia *avulsa* substantivum desiderat, ad quod referatur. Aliter enim oratio vitiosa est.

20. *emiouit*] int. *tantae molis opus*.

23. *urbique locat*] male suppletum. *que* enim in *urbique* intelligi non potest. — *ubique* Keysler.

## 817.

Anth. II. 117. Vaticana collect. A. Maii p. 356.

2. *extinctis*] obeliscus dicit, se imperatoribus prioribus, erigere volentibus, restitisse, postea vero palmam victoriae Maximo tyranno interfecto tulisse, non amplius triginta diebus erectum Proclo praefecto Urbi. Hic obeliscus sub Theodosio Magno a. u. 1143. erectus est teste Marcellino in Chronico ap. Sirmondum Opp. T. II. p. 332. — *Extinctis tyrannis* est pro *extincto tyranno* i. e. Maximo, qui a Theodosio Magno et Valentiniano a. u. 1141. interfectus est. Valentinianus autem in inscriptione Gruteri p. CCLXXXV. 8. ob eamdem rem *extinctor tyrannorum* dicitur. Haec arcessivi ex adnotatione Val. Frankii in Inscriptt. Richteri p. 97. a. 1832. Berolini editis.

*portare*] *praestare* Fabricius.

3. *Theodosio*] sic lapis. *Theudosio* vulgo. Necesse non est, ut corrigas lapidem, etsi nomen sic pronuntiari debet, ut vulgo scribitur.

## 820.

Anth. II. 131. Wernsd. Poet. T. II. p. 187 et 258. Argumentum m narrat Augustinus De Civ. Dei II. 25., argumentum simile in bello mano Livius Epit. 79. — *De malo belli civilis* ms. Voss. Lucano buit Scaliger, Wernsdorfius vero grammatico antiquo.

2. *signa gerens*] ms. Voss. Oudend. Add. T. II. p. 723., *quia iosissimum Romanis, quod Parthorum et Orientalium populorum ma viderentur in castris inter signa Romana.* — *bella gerens* vulgo. *'a ferens* H. *bella ferens* Wakef. ad Lucret. III. 847.

6. *fuit*] *ruit* H.

11. *socerum ille*] ms. Voss. *socerumque* vulgo. *socerumve* Oudend. ld. T. II. p. 723.

12. *erat*] ms. Voss. *erit* vulgo. *qui fuit, heu! sparsus s. c. erat* dend.

13. *a castris melioribus*] i. e. a castris Augusti, vel a partibus Auti. — *e castris* Klotz.

14. *saltu*] i. e. Maevius insiliit in navem, quam demersurus erat. *tus* ms. Voss. *hostilem in saltus* H.

17. *exuvias*] *exunus* ms. Voss.

18. *maesta*] *nota* Francius. Lipsius ad Tacit. Hist. III. 51. p. 220. ob. Wernsd.

21. *cessas*] Lipsius. *cesses* vulgo. *cessem* ms. Voss.

24. *levanda*] *luenda* B.

29. *sic*] *si* ms. Voss. *qui* H.

31. *isdem*] *idem* ms. Voss.

33. *maculato*] Lipsius. Oudend. *iaculatus morte nefanda* ms. Voss. *ulatus caede n.* vulgo.

34. *moreris*] *memor eris* ms. Voss.

36. *victum*] *victam* ms. Voss.

*condidit una manus*] i. e. eadem manus victorem victumque ecit. — Seneca ep. 83. *Alexandrum intemperantia bibendi et ille culaneus ac fatalis scyphus condidit.* — *conficit* B. Wernsd.

## 821.

Anth. II. 132. *Item de eodem* ms. Scal. A superiori non distinguit Voss.

1. *furentis*] ms. Voss. *furentes* vulgo.

4. *vulnere*] ms. Voss. *sanguine* vulgo.

5. *scelus*] *senex* mss. Scal. Voss.

*cruenta*] *cruenti* ms. Voss.

12. *sic*] ms. Voss. *sit* vulgo. *fit* Francius.

13. *iam*] *tam* ms. Voss.

18. *sua*] *suo* ms. Voss.

20. *non*] *ne* H.

## 861.

ld. T. II. p. 726.

## 862.

II. 192. *Versus Ovidii Nasonis de Virgilio incipiunt* ms.
s. Aldus et Iunta omissa hac praefatione sub *Modestini iu-*
nomine ediderunt. *Alius cuiusdam scholastici poetae argu-*
*leneidem sub nomine Ovidii.* vulgo.
*na*] an *parva?*
*ine*] Tollius. *carmine* vulgo.
*mulum*] Schrader. Add. T. II. p. 726. *Rutulum* vulgo.
*siecta*] ms. Voss. *digesta* vulgo.
*inantur*] *minanti* ms. Voss. *minati* Oudend.
*enean — tardatum*] ms. Voss. *Aeneas volueri tardatur* vulgo.

## 863.

II. 193.
*na*] *tecta* Heyn.
*is*] *ipsa* B. idque recepi.
*scivit*] *concivit* Heyn.
*prio*] *propere* Oudend.
*si*] *Laususque* Tollius. *Lausoque parentem adiecit* Heyn.
*isset*] *vidit cessisse Latinos* B. ex Anth. II. 194, 67.

## 864.

I. 199.
*neres*] Bonada. Add. T. I. p. 737. *Quae cineris tumulo hoc*
ulgo.

## 865.

I. 202.

## 866.

I. 204.

## 867.

I. 205.

## 868.

I. 206.

## 869.

I. 176. *De morte Virgilii et Aeneide versus, adtributi*
, *sed scholastici poetae: imitati ex Sulpicio Carthaginensi.*
bitur. — *Gallo* tribuit ms. Vaticanus.
*eamque suum*] *Aeneidemque suam* ms. Salmas. prob. Ouwens.
ag. p. 285. *Aeneamque tuum* Oudend. Add. T. II. p. 725.
).
*cius*] *Mincius* ms. Salm. B. *Fac, Auguste, ut Virgilius,*
*praeco sui herois Aeneae, ipso suo heroe Aenea maior et*

3. *consulibus*] *consulibus proavis, soceris, se et consule maior, quod geminos consul reddidit ipse suo.*
rthius.
5. *tota*] *toto d. ab orbe* Ferret.
6. *in orbe*] *ubique* Ferret.

826.

Anth. II. 152.
6. *pueri brevitas*] i. e. adolescentia pueri. — *puere* vulgo.
8. *virtutes*] *virtutis* vulgo.
12. *vexit*] i. e. gessit.

827.

Anth. II. 154. Ataulphus rex Barcinone (Barcellona) occisus est a. 416 vel 417. Orosius VII. 43. Schlosser. Univ. Uebers. d. alt. Welt III. P. 3. p. 189. 193. 197. 199. Conf. Maiansius in epist. ad Burmannum T. II. p. V. sqq. et LII., qui epigramma fictum esse demonstrat.
5. *invidiosa*] *insidiosa* Heins.
6. *quos*] ms. Cyriaci. *quem* vulgo.

828.

Anth. II. 153. Choriambici dimetri hypercatal. Pithoeus Henrico secundo, non tertio inscribit, Burmannus vero Lothario imperatori, qui C. 855. diem obiit. *Versus in laudem Caesaris* ms. Tollii. *Virgilius in laudem Caesaris* ms. Heinsii.
7. *Leonis*] i. e. Brunonis, ante Spirensis, qui postea Romanus episcopus et anno V pontificatus obierat. Pithoeus.

829.

Anth. II. 141. L. Aradius Valerius Proculus sub Constantio proconsul Africae a. C. 340., eodemque anno consul cum Acindyno fuit.
3. *vice qui sacra*] i. e. iudex sacrarum cognitionum.

830.

Anth. II. 142.
*collegium pistorum*] Ferret. Mus. Lapid. p. 274. Grut. p. 361. *collegium suariorum* vulgo, ut in epigrammate superiori.

831.

Anth. II. 150.
1. *vota-bis deni-orbis*] i. e. vota vicennalia: Faventinus sacra taurobolii, quae post vigesimum quemque annum repeti solebant, suscipit. Vid. Salmasius ad Lampridii Heliog. c. 7. T. I. p. 804. *Orbis* pro anno ponitur, ut adnotat Schraderus Epist. crit. p. LXXVII.
*suscipit*] anno C. 376., ut ex inscriptione apparet, quam ex Grutero p. 27, 4. dedi, quamque uno loco correxit B. T. I. p. 32.

832.

Anth. II. 151.

3. *illicet actis rebus t.*] *astris* ms. Patav. *et licet* Chronicon Engel-
i. *terrenis rebus* mss. Voss. Medic. *ilicet, actum est* B. ut IV. 274, *actum est; excessi.*

5. *tamen*] *tenens* Io. Lamius Add. T. II. p. 727.

*accipe*] ms. Amstelod. vulgo. *excipe* mss. Voss. Patav. Medic.

6. *namque*] *iamque* Cannegiet.

## 839.

Anth. II. 229.

2. *hinc gener, inde socer*] ms. Lucani Sixianus. *hinc socer, inde er.* vulgo.

4. *quae t. serpant*] ms. Lucani, olim Sixianus, prob. Fabricio Bi-th. lat. v. Lucanus. T. II. p. 529. — *Quae tractim serpit, plus i comma placet.* vulgo sine sensu. *Quod tractim serpit, plus mihi ma placet.* Heins., quod inprobo, quia *comma* audaces vel rapidas entias significat, cum quibus illud *tractim serpit* omnino non conve- Non amavi, ait Lucanus, in carminibus meis aequabili et lento ge- e uti orationis, quod ipsum Virgilio placuit; commata mihi gratiora t, vel sententiae luminosae aut fulmina orationis, quale illud: *Victrix sa deis placuit, at victa Catoni.*

6. *sapiet*] ms. Sixianus. *sapiat* vulgo.

## 840.

Anth. II. 231.

8. *Magnum*] i. e. Pompeium.

10. *bella qui vincit*] i. e. qui in bellis vincit.

## 841.

Anth. II. 233. Recens esse videtur.

1. *orsus*] Schrader. Add. T. I. p. 738. Iacobs. Spec. Emend. p. 78. *casus* vulgo. *mox rursus Achillem occinit* Oudend.

*Achillem*] intellige Achilleidem.

3. *tali*] *thalia* ms. Moroni.

4. *blateret*] legendum *blacteret* vel *blatteret* ut in Anth. V. 145, coll. Add. T. II. p. 699.

7. *Stellam*] i. e. Arruntium Stellam, cui librum Silvarum primum tius inscripsit.

*pariterque*] B. *paritura* vulgo.

## 842.

Anth. II. 234.

2. *praeconem Aeneae*] i. e. Virgilium.

## 843.

Anth. II. 248. *De tribus amicis bonis* mss. Scalig. Voss.

2. *Herogenem*] *Herogenen* ms. Voss.

*Geryonas*] v. Iustinus XXXXIV. 4.

3. *putas*] ms. Voss. *putes* vulgo.

4. *in tribus unus*] ex Ovidii epist. 9, 92. Add. T. II. p. 728.

## 844.

Anth. II. 250. ex Suetonio de claris grammaticis Cinna carmen suum inscripsit Smyrnam vel Zmyrnam, u Quintil. X. 4, 4. existimat. Conf. Weichert. ad Poe p. 170.

## 845.

Anth. II. 220.

5. *quid*] *quid meretrix et leno doli quid fingat av*

## 846.

Edidi ex Senecae epistola 89.

## 847.

Anth. II. 56. Nemausi in base, cui statua insederat. sium p. 613., Gruterum p. 653., Ferret. in Mus. Lapid.

1. *patroni*] *Neroni fama barba* Ferr. *Neroni fama fabula non laedet* vel *invidia haud laedet* supplet Reines *troni famam non barbara laedent* B.

2. *libris*] *liberis* Ferret. Amissis liberis adoptavit D tium Afrum Lucanum et Domitium Tullum fratres. Plin. In hoc epigrammate testamentum Domitii memoratur, quo que l. l. et Quintilianus VI. 3, 92. citant.

*adserit*] *adserit imperium* Rein. *adserit omne decus*

3. *iunctos*] addit Ferr. Grut. *fratres* B. *natos* Rein.


4. *pari*] Ferr. Grut. *pio* Rein. Deest vulgo.

5. *posset*] Ferr. Grut. *possit* vulgo.


8. *tua*] Ferr. Grut. *sua* vulgo.

## 848.

Anth. II. 135. Recens esse hoc epitaphium Patavinum nuit. (Voyage dans le Milanais T. II. p. 22.)



[redacted]



## 851.

Anth. II. 262. In mss. Voss. Scal. ab Anth. II. 261. non separatur.

4. *solidas*] Piersonus et Eldickius Add. T. II. p. 729. *calidas* vulgo. *varias* Heins. *stellis* Oudend. Add. T. II. p. 730.

5. *ingenio — nocet*] *ingeniom mors nulla manet.* Wakef. ad Lucr. I. 834. *ingenio mors nulla vacat, iacet undique tutum.* Tollius.

*vagat*] Oudend. *vacat* vulgo. *iacet* ms. Voss. *manet* Cannegie- Add. T. II. p. 730. *viget* B.

## 852.

Anth. II. 263.

4. *coronis*] *ruinis* vel *lituris* B. *coronis* vulgo. Nec sinit fama ipsa occumbere aeternis coronis i. e. fama, cum celebratur carminibus, nunquam interire potest, quia immortalibus coronis ornata erit.

5. *ornat*] Oudend. *armat* vulgo.

## 853.

Anth. II. 265. Etsi sequioris aevi esse Burmannus iudicat, bonum epigramma, quia acutam continet sententiam.

## 854.

Anth. II. 268. *De magistro nudi negligenti* ms. Voss.

1. *calculo*] i. e. ein Rechenmeister. *cavalo* mss. Scal. Voss. *canculo* Thuan. *cauculo* ms. Pithoei.

4. *cessat*] *certat* ms. Thuan.

5. *proiectis*] *proiectus* ms. Thu.

*Floralia*] *floraria* ms. Salm.

6. *ludi rite*] *luridate* mss. Voss. Scal. *ludere te* ms. Salm.

*habet*] *habes* mss. Voss. Scal.

## 855.

Anth. II. 179.

## 856.

Anth. II. 180. ex Rustici ad Eucherium papam epistola, quam Sirmondus ad Sidonium p. 84. edidit. Hic Rusticus episcopus Burdegalensis erat a. 450. Cf. Fabricii Bibl. lat. med. et inf. aet. T. VI. p. 139. Nec tamen epigramma ipsius Rustici est, ut contextus epistolae docet.

## 857.

Anth. II. 181.

13. *pandas*] *paridas* ms. Voss. *pariles facit ire carinas* Oudend. Conf. Virg. Aen. V. 115. *Prima pares ineunt gravibus certamina remis Quatuor ex omni delectae classe carinae.* Pro quatuor curribus Homeri dat Virgilius totidem carinas. (Auf vier Wagen gibt er eben viele Schiffe.)

## 858.

Anth. II. 184. Inscriptionem ms. Vossiani dedi. — *Carm. O viani Caesaris Augusti de laudanda arte ac sublimanda po P. V. M.* ms. Petavii. Colbertinus. *Octaviani Caesaris* ms. Dorvillianus. *Valerio Martiali* inscribit ms. Vaticanus.

4. *scelus indignum*] *scelus hoc dignum* ms. Thu. Colbert.

*littera dives*] *littera, Divi!* Heyn. *littera ab igne* Klotz.

6. *flamma*] *Roma* Klotz.

*servare decorem*] *dictumque operi servabit amorem* ms. Col *servabit amorem* ms. Thu.

11. *daret*] *pater* ms. Thu. Colbert.

12. *arva reformavit*] *arbuta formavit* ms. Thu. Colb.

15. *legum*] *longum est s. fides et s.* Colb.

16. *quod*] *quo* Colb. Thu.

17. *veneranda*] *reverenda* Thu. Colb.

18. *congestos*] *congestas* — *laboris* Thu. Colb.

19. *iussa*] *verba* Thu. Colb.

20. *amittant*] *amittat* Thu. Colb.

*vigilasse suum*] i. e. vigilias suas.

*furenti*] *superbum erravit in morte piger* Thu. Colb. *su bum erravit iam mente piger* Oudend. *suprema erravit iam dolor* Heyn.

25. *reddere poenas*] Heyn. *reddere voces* vulgo.

26. *post vulnera vulnus*] *post funera funus* Wakef. ad Lucr III. 893.

*Elissae*] mss. *Elisae* vulgo.

27. *hoc opus*] *tam sacrum solvetur opus, tot bella, tot* Colb.

29. *huc huc*] *Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores,*

*et spirent ignes; vivat Maro ductus ubique*

## 861.

Ex Add. T. II. p. 726.

## 862.

Anth. II. 192. *Versus Ovidii Nasonis de Virgilio incipiunt* ms. etav. Voss. Aldus et Iunta omissa hac praefatione sub *Modestini iu- isconsulti* nomine ediderunt. *Alius cuiusdam scholastici poetae argu- ienta in Aeneidem sub nomine Ovidii.* vulgo.

5. *prima*] an *parva?*

9. *crimine*] Tollius. *carmine* vulgo.

97. *Remulum*] Schrader. Add. T. II. p. 726. *Rutulum* vulgo.

115. *disiecta*] ms. Voss. *digesta* vulgo.

120. *minantur*] *minanti* ms. Voss. *minati* Oudend.

126. *Aenean — tardatum*] ms. Voss. *Aeneas voluceri tardatur* vulgo.

## 863.

Anth. II. 193.

15. *regna*] *tecta* Heyn.

22. *ipsis*] *ipsa* B. idque recepi.

38. *conscivit*] *concivit* Heyn.

40. *proprio*] *propere* Oudend.

47. *Lausi*] *Laususque* Tollius. *Lausoque parentem adiecit* Heyn.

53. *vidisset*] *vidit cessisse Latinos* B. ex Anth. II. 194, 67.

## 864.

Anth. II. 199.

1. *qui cineres*] Bonada. Add. T. I. p. 737. *Quae cineris tumulo hoc stigia?* vulgo.

## 865.

Anth. II. 202.

## 866.

Anth. II. 204.

## 867.

Auth. II. 205.

## 868.

Anth. II. 206.

## 869.

Anth. II. 176. *De morte Virgilii et Aeneide versus, adtributi orn. Gallo, sed scholastici poetae: imitati ex Sulpicio Carthaginensi.* ulgo inscribitur. — *Gallo* tribuit ms. Vaticanus.

9. *Aeneamque suum*] *Aeneidemque suam* ms. Salmas. prob. Ouwens. Noctt. Hag. p. 285. *Aeneamque tuum* Oudend. Add. T. II. p. 725. lque probo.

*nuncius*] *Mincius* ms. Salm. B. *Fac, Auguste, ut Virgilius, uncius et praeco sui herois Aeneae, ipso suo heroe Aenea maior et*

2. *Rufinus*] prima brevi, quae a Claudiano prod
p. 740.
3. *Brutus*] *tritus* ms. Tur.
4. *Graecus Atis*] *Medus Athis graecus Scaeva* m
6. *armiger at*] *armiger huic Scaeva* ms. T. *armige*
7. *Scaeva*] deest in T. totus versus.
8. *minor*] post hunc versum sequitur in T.:
*Scaeva frequenter Athis nonnumquam vixque*
*ludes ille loquax hebes h neutrum.*
9. *niger*] *nigerque* Douza.
11. *avarus*] *amore* mg. Pithoei. *amator* T.
13. *iure Rufinus*]. In ms. T. sequitur:
*Scaeva Rufinus Athis bonus arcu, cestibus, ar*
*voce R.* etc.

## 871 — 875.

**Ex Pithoeo recepi pag. 157.**





DATE DUE

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1987 | | | |
| JUN 1987 | | | |
| | | | |

